

THE SARUM RITE
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome C.
Fasciculus 7.
Pagine {660}-{925}.

Proprium de sanctis.
Festi Julii.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMXIV.

The Sarum Rite is published by The Gregorian Institute of Canada/L’Institut grégorien de Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

The Sarum Rite is distributed over the internet through .pdf files located at:
www.sarum-chant.ca

This document first published July 1 2014.

Revised July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L’Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2014.

¶ In octava sancti Johannis baptiste.

(j. Julii.)

Ad matutinas.

Hymnus, antiphone et psalmi ut in prima die.

℣. Glória et honóre. [687].

Lectio j. (Augustin. serm. 29. de sanctis.)¹

Ost illum sacrosánctum Dómini nostri natálem diem nullius hóminis nativitátem légimus celebrári : nisi solum beáti Johánnis baptíste. In áliis sanctis et eléctis Dei nówimus illum diem coli : quo illos post consummatiónem labórum, et devíctum triumpha-túmque mundum, in perpétuas eter-

nítates presens vita partúriit. In áliis consummáta últimi diéi mérita celebrántur : in hoc étiam prima dies, étiam hóminis iníitia consecrántur. Pro hac absque dúbio causa, quia per hunc Dóminus advéntum suum ne súbito insperátum hómines non agnóscerent : voluit esse testátum.

R. Fuit homo missus a Deo. j. {562}.

Lectio ij.

Johánnes figúra fuit Véteris testaménti, et in se formam prétulit legis. Et ídeo Johánnes prenúnciat Salvatórem : sicut lex grátiā precúrrit. Quod autem nondum natus de secréto matérni úteri² prophetávit, et expers lucis jam testis est veritátis : hoc est intel-

ligéndum, quod latens sub velámine et carne littore, et Redemptórem mundo Spíritu predicávit³ : et nobis Deum nostrum de quodam legis útero [66v.] procreávit. Ergo Judéi erravérunt a ventre, id est, a lege que Christo grávida erat. Erravérunt a ventre : locúti sunt falsa.

R. Johánnes [vocábitur].⁴ ij. {567}.

Lectio iij.

DE hoc Johánnē baptísta : Evan-gelista prolóquitur, Ille erat

lucérna ardens,⁵ que Spiritussáncti igne succénsa mundo ignorántie nocte

possesso, lumen salútis osténderet : et quasi inter densíssime delictórum ténebras, splendidíssimum justície solem lucis sue rádio premonstráret de seípso dicens, Ego vox clamántis in desérto. Videámus in quo desérto : id est in géntium pôpulo. Vácuia enim péctora Dei timóre, et Spíritu Sancto aréntia : desérto squaléntis herémi comparántur. Desértus erat hic mundus ab omni cultúra timóris Dei et peccatórum spinis óbsitus, squa-

lébat tanquam ager incúltus, et nullam pénitus bonórum óperum fecunditátem attúlerat : nullum imbrem grátie spirituális accéperat. Míttitur beátus Johánnes qui eum per prophéticam atque apostólicam predicationem annunciándo penitentiam quasi rudem campum prescínderet, fecundáret, excóleret, divíni verbi semínibus impléret : et ad matúram frugem, id est ad regeneratiónis glóriam preparáret.

R. Inter natos. iii. {575}. [vel R. Priusquam te. quando prius factum non fuerit, &c.]⁶ {583}.

Ps. Te Deum. [41].

X. Fuit homo missus. {575}.

¶ In laudibus.

Hec sola Ant. Elizabéth. j. de laudibus. {575}.

Ps. Dóminus regnávit. (xcij.) [45].

Capitulum. Audite ínsule. {578}.

Hymnum. O nimis felix. {577}.

X. Justus germinábit. {579}.

Ant. Factum est in die octávo. [Ps. Benedíctus.]⁷ Require hanc antiphonam in prima die ad secundas vespertas super psalmum Magníficat. {581}.

Oratio. Deus qui preséntem. [ut supra.]⁸ {579}.

¶ Memoria de apostolos.

AS:455; 1520-S:23r; 1531:66v.⁹

4284.

Ant.
VIII.i.



Etrus * a-pós-to-lus et Paulus doctor génti- um

In octava sancti Johannis baptiste.

The musical notation consists of two staves of square neumes on a four-line staff system. The first staff ends with a vertical bar line and a repeat sign. The lyrics are written below the staff: "ipsi nos do-cu-é- runt le-gem tu- am Dómi-ne." The second staff begins with a repeat sign and continues the melody.

Ps. S. A. E.

V. Annunciarunt. [672].

Oratio. Deus qui hodiernam. {632}.

Deinde memorie dicantur consuete.

¶ *Ad j.*

Ant. Elízabeth. {575}.

Ps. Deus in nōmine. (liij.) [95].

Ant. Glória tibi Trinitas. [99].

Ps. Quicúnque. [100].

Ad alias horas omnia fiant ut in die. {580}.

Si octave sancti Johannis in dominica contigerint¹⁰ : fiat totum servitium de dominica et medie lectiones de sancto Johanne nisi quando R̄. de ij. nocturno hystorie dominicalis hic cantanda fuerint, et tantum memoria de apostolis.

¶ *He sequentes antiphone dicantur ad vespertas et ad matutinas super psalmos Magnificat et Benedictus.¹¹ quando de apostolis fit servitium vel ad memoriam eorum cum de aliquo sancto fit servitium cum repetitione earundem.*

*Ant. Petrus apóstolus.*¹² {661}.

AS:455; 1520-S:23r; 1531:66v.¹³

4053.

Ant.
I.ii.



Pe-tre * pastor summe, et Paule doctor magne :

{662}

In octava sancti Johannis baptiste.

The musical notation consists of two staves of square neumes on a four-line staff system. The first staff begins with a breve, followed by a series of eighth-note-like shapes (some with diamond heads) and sixteenth-note-like shapes. The second staff continues the pattern. Below the notation, the Latin text of the antiphon is written in a clear, sans-serif font: "nos Chris-to pi- a pre-ce purgá- tos con-jún-gi-te." A vertical bar line separates the two staves.

Ps. S. A. E.

Ant. Gloriósi príncipes. Quere hanc antiphonam in prima die ad secundas vespertas super Ps. Magníficat. {634}.

Ant. Beáti éritis. [649].

Ant. Trident enim vos. Quere has duas antiphonas in communi apostolorum. [672].



[**C** *In festo visitationis
beate Marie virginis.]*¹⁴

(ij. Julii.)

C *Visitatio beate Marie celebretur in ecclesia Sarum in crastino post octavas sancti Johannis baptiste.*

Ad primas vespertas.


1520-S:23v; 1531-S:66v.

1. Ant.

I.i.




- té-ri- * Pa-tris Fí-li- us Ma-rí- am concu- pí-vit :



De sanctó-rum splendó-ri-bus in matrem intro- í-vit.

Visitatio beate Marie.



Ps. Dixit Dóminus. (cix.) [311].

1520-S:23v; 1531:66v.¹⁵

2. Ant.


II.i.



I- li- um * convál-li- um fragrans in odó-



rem, I-ter ornat mónti- um fe-rens ce-li flo-rem.



Ps. Laudáte púeri. (cxij.) [313].

1520-S:23v; 1531:66v.¹⁶

3. Ant.


III.i.



A- ra-dí- sus * cé- li-cum fruc-tum af-fe-ré-bat,



Grá-vi- de qui pú- e-rum gáudi- o re-plé-bat.



Ps. Letátus. (cxxj.) [325].

Visitatio beate Marie.

1520-S:23v; 1531:66v.

4. Ant.

IV.i.



U- cérnam * ve-ri lúmi-nis Dómi-nus accén-dit :

Quo dragmam nostram pérdi-tam salvans appre-héndit.

Ps. Nisi Dóminus. (cxxvj.) [331].

1520-S:24r; 1531:66v.

5. Ant.

V.ii.



Onforta * ma-ter fi-li- os simul et ve-rá- cem :

To-tí- us Hie-rú-sa- lem po- ne fi- nes pa- cem.

Ps. Lauda Hierúsalem. (cxlvij.) [356].

Capitulum. (Ecclesiastici xxiv. [24.])

Go mater pulchre dilectionis et
timoris et agnitionis et sancte
spei : in me omnis grátia vie et

veritatis, in me omnis spes vite et
virtutis.

Visitatio beate Marie.

1520-S:25v; 1531:66v, 67v.¹⁷

Resp. VIII.

X- úl- tat * in-fans gáudi- is in spí-ri-tu
 He- lý- e : Cu-jus ma- ter mi- rá- bi-lis fit compos pro-
 phé-ti- e. †Ce- li ma-nat de- lí- ci- is intro- í-
 tus Ma- rí- e. ¶ Propter archam Dómi-ni be-
 ne-díx-it dó- mu- i De- us Za- cha- rí- e. †Ce- li.
 ¶ Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí- tu- i
 Sancto. †Ce- li.

Visitatio beate Marie.

1520-S:24r; HS:160v; 1531:67r.¹⁸

Hymn.

II.



[67r.]

Estum ma-tris glo-ri- ó-se * plebs sancta concé-le-
 bret : Pi- e-tá-tis vis-ce- ró-se grá-ti- am expóstu-let : Quam
 cogná-ta co-pi- ó-se sensit hic E- lí-za-beth. 2. Fe-cundá-
 te se-nectú-tis sté-ri-lem agrré-di-tur : Que di-ví-ne jam
 vir- tú-tis ma-ter clam ef-fí-ci-tur : Gra-tu-lántur cum sa-
 lú-tis consórtem al- lóqui-tur. 3. Vox non loquens ex-ul-
 tá-vit ad verbi pre-sénti- am : Sed E-lí-za-beth ex-pá-vit
 ma-tris excel-lénti- am : Be-ne-díctam que clamá-vit fructus

Visitatio beate Marie.

afflu- énti- am. 4. Unde michi quisquam pu-tet hoc a- it
pre-sá-gi- um : Ut de-vó-te me sa- lú-tet ma-ter re-gis óm-
ni- um : Ventrис me- i fructum mu-tet in no-vum tri- pú-di-
um. 5. Virgo dum sic commendá-tur : canti-cum le- tí-ci- e
Psal-lens pu-re glo- ri- á-tur in auctó-re grá-ti- e : Quo be- á-
ta pre-di-cá-tur in omni pro- gé-ni- e. 6. Tri-ne De-us
summe pi- e regnans e-terná-li-ter : Pre-ce vírgi-nis Ma-
rí- e nos consérva jú-gi-ter : Ut post fi-nem hu-jus vi-te
vi-vámus pe- rénni-ter. Amen.

Visitatio beate Marie.

8014. *V.* Diffusa est grátia [in lábiis tuis].¹⁹

R. Proptérea [benedíxit te Deus in etérnum].²⁰

1520-S:24r; 1531:67r.

Ant. VI.

N psal-té- ri o * de-ca-cór-do psal-lit Virgo ré-

gi- a Dómi-num magni- fi- cándo qui fe- cit magná-li-

a : Pel-lens po-téntes de se-de di-ví-na justí-ci- a,

Servos húmi-les ex-ál- tans ex mi- se- ri-cór- di- a.

Ps. Magníficat. 64*.

Oratio.

Deus qui sacratíssimam vírginem Maríam Unigéniti tui matrem mútue consolatiónis grátia beátam Elízabeth visitáre fecísti : concéde propícius nobis fámulis tuis, ut ex

ejus visitatióibus assídue consolémur, et a cunctis adversitatibus tuo munímine protegámur. Per eúndem.

²¹ ¶ *Ad completorium.*

Ant. Sancta María. [399].

Ps. Cum invocárem. (*iiij.*) [362].

Hymnus. Salvátor [mundi].²² [369].

Ant. Glorificámus. *etc.* [400].

Ps. Nunc dimíttis. [367].




[1520-S:23v.]

¶ *Ad matutinas.*

1520-S:24v; 1531:67r.²³


Invit.

IV.v.




E-gí-nam ce- li * gló- ri- e de-vó- ti col-laudé-

Visitatio beate Marie.



mus Matrem mi- se-ri-córdi- e. †Ve-ní- te a- do-rému-



Ps. Ve-ní-te. 24*.

HS:162r; 1520-S:24v; 1531:67r.²⁴

Hymn.


II.




Undi sa-lus affu-tú-ra, * Virgo Ma-ter ícli-ta :




Gestu simplex, mente pu- ra, spé-ci- e pre-fúlgi-da : Cum




ce-lésti ge-ni-tú-ra, pro-céssit in públi-ca. 2. Ca-put cón-



te-rens dra-có-nis, ru-bus qui non ú-ri-tur : Aaron virga



Ge-de-ó- nis, vel-lus quod perfúndi-tur : Hec perfécta



Sa-lamó-nis, que be- á- ta dí-ci-tur. 3. Gé-ni-trix Ema-nu-

Visitatio beate Marie.

é-lis, virga Jesse fló-ru- it : Osti- um E-zechi- é- lis, quod
vi-ro non pá-tu- it : Mons quo la-pis Da-ni- é-lis, stá-tu-
am commí-nu- it. 4. Sic in mundo pre-ter mo-rem, no-vum
fe-cit Dómi-nus : Castis Ma-ter Condi-tó- rem, círcundat
viscé-ri-bus : Terra gignit Salva-tó-rem, nú-bi-bus plu- én-
ti-bus. 5. Virgo ca-ra ca-ri-tá-tis, fervens de-si-dé-ri- o :
Caste consanguini-ni-tá- tis, fa-vet mi-nisté-ri- o : Gaudens
hu-jus no-vi-tá-tis, sancto pu- er-pé-ri- o. 6. Fe-lix domus

Visitatio beate Marie.

Zacha-rí- e, ta-lem ha-bens hóspi-tem : Fe-lix cogná-ta
Ma-rí- e, quam suscé-pit cómi-tem : Sed Jo-hánnis et
Messí- e, tu dis-tíngue lími-tem. 7. Laus sit summo Ge-ni-
tó-ri, qui regnat per ómni- a : Laus sit nostro Re-demptó-
ri, per quem ve-nit grá-ti- a : Pro-ce-dénti Cre- a-tó-ri,
sit equá- lis gló-ri- a. Amen.

¶ *In j. nocturno.*

1520-S:25r; 1531:67r.


Ant.

I.i.



A- ter * ma-tris Fí- li- o síngu-la sub-jé-cit : Ex in-

Visitatio beate Marie.




fán-tis gáudi- o laudémque per-fé-cit. *Ps.* Dómine Dóminus noster. (*vij.*) [17].
1520-S:25r; 1531:67r.²⁵

2. Ant.

II.i.



Ol in * ta-berná-cu-lo so-lis il-lu- céscit : Sponsus




in thá-la-mo sponse requi- éscit. *Ps.* Celi enárrant. (*xvij.*) [34].
1520-S:25r; 1531:67r.

3. Ant.


III.i.



E- pit terra * Dó-mi-ni fruc-te fe- cun- dá-ri :



Per mi-se-ri-cór- di- am a De-o sa- lu- tá-ri.



Ps. Dómini est terra. (*xxij.*) [93].

V. Diffusa est grátia [in lábiis tuis].²⁶ 24.

Benedictio. Alma virgo vírginum intercéde [pro nobis ad Dóminum].²⁷

Lectio j.


Clorióse vírginis Maríe matris Dómini váríe festivitátes eo celébrius atque devótius in ecclésia Dei recolénde sunt, quo constat eam beatíorem esse post Christum : presértim cum ejus celítudo mirábilis incomparabíliter áf-fluat delíciis gratiárum. Ipsa namque résidet ad déxteram majestatis in excélsis magni regis Assúeri consors effécta, speciális Intervéntrix pro suo génere : sicut Hester delicáta in necessitatis témpore preparáta, tanto²⁸ cunctis celi cívibus poténtior atque sublímior, quanto differéntius pre illis

nomen Matris Dei singuláriter hereditávit. Hec est vere benédicta super omnes muliéres, inaccessibili divíne majestatis inquántum personáli unióne condítio creatúre pátitur, adhérens et conjúncta. Hanc ígitur Vírginem thronus Dei Reginam suscépit, chorus angelórum Dóminam venerátur, sanctórum cóncio láudibus extóllit, justi viatóres spéculum virtútum sibi prestítuunt, et veri peniténtes advocátam séntiunt, lacte benignitatis ejus suáviter imbúti : ne tabéscant in láchrymis luctus et merórís.

1520-S:25r; 1531:67v.²⁹

1. Resp. I.

[67v.] **E** - lí-za-beth * ut vír-gi- ni se-néc-tus pre-
sentá- tur : Hanc vo-ce ve- ne-rá-bi-li sa- lú-tat am-plex-
á- tur. †Intácta ma- ter ste-rí-li ma-tri congra- tu-lá-



Visitatio beate Marie.

tur. *V.* In sacris claustris vísce- rum pre-cúrso r pu- er
pú- e-rum Dó- mi-num pro-tes-á- tur. †Intácta.

*Benedictio. Christus Maríe [Fílius : sit nobis clemens et propítius].*³⁰

Lectio ij.

LAudes ígitur et precónia tam excélse Matris Románus póntifex Urbánus sextus, pio stúdio volens ampliáre, festivitáibus antíquis hodiérnam superáddere decrevit, ut visitatiónis ejus memória frequentarétur: qua post conceptionem Verbi divíni cognátam suam Elízabeth humíliter salutávit. Sperávit idem póntifex (nec falli pótuit) quod contra virus pestíferum scismátis introdúcti,


quo Christiáne plebis commúnio dissoluta est, et ecclésie militántis úntas rumpebátur, accéptior Mediátrix apud Deum esse nequívit, quam ipsa que Deum génuit: ut dum festum visitatiónis ejus a clero et pôpulo devótis celebrátur officiis, dignétur ejus pietatis cóngrua prece áfferre remédia, statum ecclésie reconsiliándo in fide et grátia salutári.

1520-S:25v; 1531-S:67v.

2. Resp.

VIII.

X- úl- tat * in-fans gáudi- is in spí-ri-tu
He- lý- e : Cu-jus ma- ter mi- rá- bi-lis fit compos pro-



Benedictio. Sancta Dei Génitrix [: sit nobis auxiliátrix].³¹

Lectio ij.³²

AT autem devótius et atténtius ad idem festum celebrándum invitaréatur³³ plebs fidélis : prefátus póntifex Románus auctoritaté apostólica státuit diem solennitatis sexto nonas Júlii, per síngulos annos celebrándum, concédens piis hujus festi cultóribus speciáles indulgéntias perpétuas tempóribus duratúras. Unde ómnibus vere peniténtibus et conféssis qui matutináli officio seu misse aut vésperis ejúsdem festivitatis

in ecclésia preséntes affúerint : centum dies. Eis vero qui prime, tértie, sexte, none, ac completórii,³⁴ officiis interfúerint : pro quálibet ipsárum [horárum]³⁵ quadragínta dies. Illis autem qui per octávas ejúsdem matutinálibus, misse, vesperárum, ac predictárum horárum officiis interéssent : síngulis diébus centum dies de injúnctis sibi peniténtiis misericórditer relaxávit.

Visitatio beate Marie.

1520-S:25v; 1531:67v.

3. Resp.

VII.



Ene-dictam * pré- di- cat se-nex por- tam
 spe- i, Unde hoc ut vé- ni- at ad me Ma- ter De- i ?
 †Vo- ce cu- i jú- bi-lat. ‡In- fans ven-
 tris me- i. ⁊ Be- á-ta que cre-di-dís-ti, in te fi- ent
 que audís- ti : ec-ce sig-num re- i. †Vo- ce.
 ⁊ Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí- tu- i
 Sancto. ‡In- fans.

Visitatio beate Marie.

¶ In ij. nocturno.


1520-S:26r; 1531:67v.

4. Ant.

IV.i.



Tat in Re-gis * déx-te-ra gló-ri- e Re- gí-na : Vi-de



Re-gis fí-li- a et au-rem inclí-na. Ps. Eructávit cor meum.

(xlivij.) [206].

1520-S:26r; 1531:67v.

5. Ant.


V.ii.



E-i * ta-berná-cu-lum quod ipse sacrá- vit :



Ex te vi-te flú-vi- um cunctis de- ri- vá-vit.



Ps. Deus noster refúgium. (xlv.) [207].

1520-S:26r; 1531:67v.

6. Ant.

VI.



Ló-ri- da * ste- rí-li-tas se-nex virtu-ó-sa :

Visitatio beate Marie.

De te De-i cí- vi-tas dix- it glo- ri- ó- sa.

Ps. Fundaménta ejus. (lxxxvj.) [270].

V. Spécie tua [et pulchritúdine tua].³⁶ 69.

Benedictio. Sancte Maríe mérita : nos ducant ad regna celéstia.

Lectio quarta.

VIros ígitur sanctos atque devótos ad hujus diéi festivitátem celebrándam allíciunt tam auctóritas et Evangeliórum fides quam miraculórum concúrsus. Ex quibus tante solennitatis matéria cértior esse probátur et efficátor in laude prospícitur. Refert enim Evangelista contínuo post angélicam salutatióñem, Maríam vírginem Elízabeth cognátam suam visitásse personáliter, et benígne salutásse. Inestimábilis namque et singuláris humilitas, que mente Maríe³⁷ firmiter adhésit : et linguam

virgíneam in hujúsmodi vocem prorúmpere fecit, Ecce ancílla Dómini. Ipsa quoque gressus ejus dírigens, hanc in montána con-scéndere fecit ad salutándum Elízabeth : ut hec éadem virtus et Deo préberet obséquium, et próxime consanguínee solátium exhíberet. Sic décuit enim³⁸ ut angelórum Dómina, per humilitatis et charitatis officium sponte se minístram exhibens, omnem justiciam per méritum adimplére.³⁹ Tu autem Dómine.

1520-S:26v; 1531:67v.

4. Resp.

VII.



Au- dis * cum pre-có-ni- o cultu sin-gu- lá-ri,

Visitatio beate Marie.

Le-ta-bá-tur cán- ti-co su-o sa- lu- tá-ri. †Cum pudó-ris
lí- li- o parcus absque pa- ri. ⁊. Nam de- bet
ab ómni- bus ge-ne- ra-ti- ó-ni- bus be- a-ti- fi- cá-ri.
†Cum pudó-ris.

Benedictio. Que péperit Christum pro nobis póstulet ipsum.

Lectio v.

AIraculórum étiam áffuit grátia copiosa, dum Virgo venerabilis et fémina stérilis ambe pregnántes occurrerunt sibi, infántium in útero, quos necdum partus edíderat, mútua notícia comparáta est⁴⁰ : dum puer prophéta Dóminum prophetárum preséntem exultándo revelávit, quem⁴¹ adhuc sermóne vocis predicáre non váluit. Mater quoque púeri Spíritu Sancto repléta Matrem Dei Maríam prophética laude conféssa est : fidem ejus cum fecundítate com-

méndans, et florem cum fructu devóte benedícens. His evidénter pánditur incarnatiónis mystérium, cum sancta muller Elízabeth angélice salutatióni [68r.] confórmem se reddit, et tam egrégie et tam cóngrue perorándo propónit. Benedícta tu inquit inter mulieres : et benedíctus fructus ventris tui. Sic prophetávit fémina sápiens celésti inspiratióne prevénta : cognóvitque presentiáliter adésse Salvatórem, cuius in útero sensit gaudére precursórem.


1520-S:26v; 1531:68r.

5. Resp.


VI.




Hris-ti * sanctu- á- ri- um Spí-ri- tus sacrá- ri- um :




Ma-ter pi- e- tá-tis. †Preg-nán- ti so-lá- ci- um cogná-



te subsí-di- um admí- nistrat gra- tis. *V.* Sic Ma- rí-



a nó-bi-lis formam ve-re sín-gu-lis dat humi-li- tár- tis.



†Preg- án- ti.

Benedictio. Stella María Maris : succúrre piíssima nobis.

Lectio vj.

GXultémus⁴² ígitur in hac die tot et tam excélsa fidei nostre sacra-ménta débita veneratióne recoléntes : in qua celébriter extóllitur beáte Vírginis Maríe Matris Dei gloriósa fecúnditas, advéntus Christi hóminis in carne predicátur, púeri exultántis nova sunt prelúdia, et sancte mulíeris

Elízabeth grátia confirmátur. O María Virgo piíssima, quis potest digne tua referre precónia, cuius singuláris⁴³ humilitas in angélica collocutióne concéptum divínum habére proméruit ? Cujus gratíssima cháritas in cognáte sancte visitatióne mirábilis appáruit : cuius salutátio

Visitatio beate Marie.

benígna púerum in ventre clausum exultáre predócuit, et matrem púeri prophetáre fecit. Nemo síleat a laude tua : cujus matéria mundum replet univérsum. Salutámus ergo te :

multíplices et imménsas tibi referéndo grátias. Tu nos vísta per frequéntes⁴⁴ tuas et innúmeras misericórdias, ut tue beatitúdini congaudéntes regni Fílli tui mereámur esse partícipes.

1520-S:26v; 1531:68r.⁴⁵

6. Resp.

II.



Ig- na * quam respí- ce-ret : cu- jus concu-pís-

ce-ret Dó-mi-nus de- có-rem. †Se ve- lut paupércu- lam.


‡Pre- bet et ancíl-lu- lam post ma- tris ho-nó-

rem. ¶ Nam Virgo Chris-tí-fe-ra gra- ti- á-rum

mú- ne-ra re-fert in da- tó-rem. †Se ve- lut. ¶ Gló-

ri- a Pa- tri et Fí- li- o : et Spi-rí-tu- i Sancto.

Visitatio beate Marie.



‡Pre- bet.

In iij. nocturno.


1520-S:27r; 1531:68r.

7. Ant.


VII.i.



Er te Ma-ter * omnis terra cantat no-va cánti-ca :



Laudánsque pérfe-cit De-us in te mi- ra-bí-li- a.



Ps. Cantáte. j. (xcv.) [278].


1520-S:27r; 1531:68r.

8. Ant.


VIII.i.



Er te lux est orta * justis et rectis le-tí- ci-



a : Sy-on audit et le-tá- tur cum Ju-dé-e fí- li- a.



Ps. Dóminus regnávit exúltet. (xcvj.) [278].


1520-S:27r; 1531:68r.

9. Ant.


I.iv.



Um ce-pit * Virgo sa-lu-tá-re se-men pi- is vó- ci-



bus : Missum su- um sa-lu-tá-re no-tum fe- cit Dó-mi-nus.



Ps. Cantáte. ij. (xcvij.) [289].

V. Adjuvábit eam Deus [vultu suo].⁴⁶ [574].

Benedictio. Per Maríe mérita : proxit nobis léctio Evangélica.

I Secundum Lucam j. [39-47.] [Lectio vij.]



LExúrgens María ábiit in montána cum festinatióne in civitátem Juda : et intrávit in domum Zacharíe et salutávit Elízabeth. Et réliqua.

Omelia venerabilis Bede presbyteri.

22. secundi libri excerptim.

Postquam fratres beáta María angélica visióne et allocutióne méruit sublimári, postquam se celésti onustándam⁴⁷ partu dídicit, nequáquam se de donis celéstibus quasi ex

se essent éxtulit : sed ut magis magísque donis esset apta divínis in custódia humilitátis gressum fixit, ita evangelizánti sibi ángelo respóndens, Ecce ancilla Dómini, fiat michi secúndum verbum tuum. Eándem vero quam ángelo exhibúerat humilitátem : homínibus quoque curávit exhibere. Illa autem mox ut ángelus qui loquebátur ei ad celéstia rédiit : surgit ac montána concéndit, gestánsque in útero Deum : servórum Dei habitácula pétuit⁴⁸ ac requírit allóquia.

Visitatio beate Marie.

1520-S:27r; 1531:68r.⁴⁹

7. Resp.

V.



E- lix * Pa- rens et pu- erpé- ri- um
 Qui- bus ad- est Re- gí-na vír- gi-num. †I-bi
 nequit esse pe-rí-cu-lum : U- bi sa- lus qui cu-
 rat sé- cu-lum. X. Gabri- é-lis
 juxta pre- sá-gi- um, Tunc est na- tus multó-rum gáu-
 di- um. †I-bi.

Benedictio. Divína solátia : nobis ímpetret Virgo María.

Lectio viij.

Intrat ergo beáta María domum Zacharíe, atque Elízabeth quam servum atque percursórem Dómini paritúram nóverat salútat : non quasi dúbia de oráculo quod accéperat, sed

ut congratulatúra de dono quod consérvat accepísse didícerat. Aperi- énte vero beáta María os ad salu- [68v.] tándum, repléta est Spíritu Sancto mox Elízabeth : et dixit, Benedícta tu

Visitatio beate Marie.

inter mulieres : per cuius partum virgineum a natis mulierum maledictio prime matris exclusa est. Et benedictus fructus ventris tui : per quem et semen incorruptionis et supérne hereditatis quam perdidimus in Adam fructum recipimus. Et vere

ac singuláris benedictus, qui non nostro more postquam natus est, gratiā a Dómino benedictionis accépit : sed ipse ad salvandum mundum benedictus qui venit in nōmine Dómini.

1520-S:27v; 1531:68v.⁵⁰

8. Resp.

IV.



Lo-ri- ó-sa * ce- ló-rum Dó- mi-na Spon- sa Re-gis


et Ma-ter íncli- ta : Ce-li me-los mun-di fi-dú-ci- a.



†Nostra cle-mens au- di pre-cá- mi- na. X. Stel-



la ma-ris oc-cá-sus nés-ci- a Pla-ca no-bis mundi



certá- mi-na. †Nostra cle-mens.

Benedictio. Ad societatem cívium supernórum perdúcat nos Regína celórum.

Lectio ix.

Vere prophétie spíritu repléta
Elízabeth, genitricem ad se
adventásse Salvatóris intélligit : sed
humilitatis spíritu circunsépta, minus
dignam se ejus advéntu deprehéndit
dicens, Unde hoc michi ut véniat
mater Dómini mei ad me ? Nos ergo
fratres exémpla beáte Maríe semper
ánimo retineámus : ut in conspéctu
Dei húmiles invénti, et próximis

débito honóre submíssi mereámur
cum ipsa perpétuo sublimári. Si
immoderátus temporálium rerum nos
appetitus deléctat : reminiscámur quia
Judex noster dívites dimísit inánes.
Nunquam de impetránda admissórum
vénia desperémus : quia misericórdie
ejus a progénie in progénies
timéntibus eum.


1520-S:27v; 1531:68v.⁵¹

9. Resp.


VIII.




E-gá- lis * stir-pis Vírgi- nem Ob su- i pulchri-




tú- di-nem Rex summus a-damá- vit. †Clan-dés-



ti-num connú-bi- um. ‡In-fans per ma- tris ú- te-rum ex-



últans re- ve-lá- vit. ¶ Jo-seph no-li



me-tú- e-re Quod na-tum est in cónju-ge De Spí-ri-tu

Visitatio beate Marie.

ma- ná-vit. †Clan-dés- ti-num. ¶ Gló-ri- a Pa-tri
et Fí- li- o : et Spi-rí- tu- i Sancto. ‡In-fans.

Ps. Te Deum. [41].

[*Ante laudes.*]

8164. ¶ Ora pro nobis sancta Dei génitrix.
¶ Ut digni [efficiámur promissiónibus Christi].⁵²
Iste versus dicatur quotidie per octavas.

¶ *In laudibus.*

1520-S:28r; 1531:68v.

1. Ant. ¶ Liv.

Candit * montes auró-ra grá-ti- e Lu-ce fulgens ce-
léstis gló-ri- e : Justis fe-rens so-lem jus-tí-ci- e, Di- em
monstrat no-ve le- tí-ci- e. *Ps. Dóminus regnávit. (xcij.) [45].*

Visitatio beate Marie.

1520-S:28r; 1531:68v.

2. Ant.


II.i.



N concúrsu * ma-trum cum gáudi-o, Pre-co par-



vus ca-rens e-lóqui-o : Servus re-gem noscens in ú-te-ro,



Pu-er infans cól-lu-dit pú-e-ro. Ps. Jubiláte Deo. (xcix.) [46].


1520-S:28r; 1531:68v.

3. Ant.


III.i.



E-nex * ple-na ce-lésti mú-ne-re, Ro-rem fu-sum



cernens in vél-le-re : Flammam ig-nis ru-bum non ú-re-re,



Jesse vir-gam cla-mat flo-résce-re. Ps. Deus Deus meus.

(lxij.) [47].

1520-S:28v; 1531:68v.

4. Ant.

VII.i.



Alva-tó-ris * concéptus pándi-tur, Virgo pu-ra ma-

Visitatio beate Marie.



ter effí-ci- tur : Be-ne-dícta pre digne dí-ci-tur, In qua vi-
te fruc- tus ex-ó-ri-tur. *Ps. Benedícite. (Daniel ij.) [48].*


1520-S:28v; 1531:68v.

5. Ant.

VIII.i.



A- ter pi- a * ple-na virtú-ti-bus, De- um laudat



fervó-re spí-ri-tus : Ipsi psal-lens cum sa-cris vó-ci-bus, Qui-
a respéx-it ancíl-la Dó-mi-nus. *Ps. Laudáte. (cxlvij.) [49].*

Capitulum. Ego mater pulchre dilectionis. {666}.


HS:163v; 1520-S:28v; 1531:68v.⁵³

Hymn.

I.



sa-lu-tá-ris fulgens stel-la ma-ris, * Ge-ne-rans




pro-lem ve-ri-tá-tis so- lem : Ma-ter bo-nó-rum cle-mens

Visitatio beate Marie.




fa-mu-ló-rum, Súsci-pe vo-tum. 2. Congra-tu-lámur et




tu-as co-námur, Cá-ne-re laudes que De-o congáu-des :




Sed non condígnis pre-va-lé-mus hymnis, Dí-ce-re to-tum.




3. Quam ve-te-rá-na trax-it in montá-na, Gres-su festí-nam




ro-sam ma-tu-tí- nam : Ti-bi ju-bi-lámus et conce-le-



brámus, Hec tu-a festa. 4. Vo-cem Raché-lis ex-áudi



de ce-lis, Que te nunc o-rat fi-li- ósque plo- rat : Po-tens



re-gí-na grá- ti- a di-ví-na, Pel-le mo-léstia. 5. O me-di-

Visitatio beate Marie.

á-trix orbis re-pa-rá-trix, Laus ange-ló-rum sa-lus infir-
 mó- rum : Flos fe-mi-ná-rum hos-tem a-ni-má-rum, Répri-
 me se-vum. 6. Sit be-ne-dícta Trí-ni-tas invícta, Per quam
 be- á- ta virgo co-ro-ná- ta : Mé-ru- it fru- i fruc-tu ven-
 tris tu- i, Nunc et in e-vum. A-men.

8046. *V.* Elégit eam Deus [et preelégit eam].⁵⁴
 [*R.* Habitáre eam fecit in tabernáculo suo].⁵⁵

1520-S:29r; 1531:68v.⁵⁶

Ant.
 VII.iv. 

Edémptor * Rex Isra-el ve-nit in Vírgi-ne :

Replé-tur E-lí-za-beth sacro spi-rámi-ne, Próphe-tat pu- é-

Visitatio beate Marie.

The musical notation consists of two staves of square neumes on a four-line staff system. The first staff covers the first half of the text, and the second staff covers the second half. The neumes are primarily black squares, with some white diamonds and small vertical strokes indicating specific note heads or rhythmic values.

ru-lus in re-rum órdi-nem Mi-ránda fit nó-vi-tas : laus ti-
bi Dómi-ne. Ps. Benedíctus. 65*.

*Oratio [Deus qui sacratíssimam.]*⁵⁷ *ut supra. [que dicatur ad omnes horas.]*⁵⁸ {670}.
Nulla memoria de sanctis.

¶ *Ad j.*

Ant. Scandit. j. de laudibus. {690}.

Ps. Deus in nómine. (lij.). [95].

¶ *Ad iij.*

Ant. In concúrsu. ij. de laudibus. {691}.

Ps. Legem pone. (cxvij. 33). [132].

Capitulum. Ego mater púlchre dilectionis. {666}.

*R. Diffusa est grátia in lábiis tuis. [Quere in communi virginis et martyris.]*⁵⁹
[889].

V. Spécie tua et pulchritúdine tua. [567].

[*Oratio. Deus qui sacratíssimam.*]⁶⁰ {670}.

¶ *Ad vj.*

Ant. Senex. iij de laudibus. {691}.

Ps. Defécit in salutáre. (cxvij. 81.). [141].

Capitulum. (Cantic. ij. [10.])

Surge própera amíca mea,
colúmba mea, formósa mea et
veni, jam enim⁶¹ hyems tránsiit ymber
ábiit et recéssit, flores apparuérunt in
terra nostra, tempus putatiónis
advénit.

R. Spécie tua et pulchritúdine tua. [913].

V. Adjuvábit eam. [574].

¶ *Ad ix.*

Ant. Mater pia. *v. de laudibus.* {692}.

Ps. Mirabília testimónia tua. (*cavijj.* 129.) [150].

Capitulum. (*Cantic. ij.*)

Heni colúmba mea in foramínibus
petre in cavérna macérie :
osténde michi fáciem tuam, sonet vox
tua in áuribus meis : vox enim tua
dulcis, et fácies tua decóra. [*R.*] Deo
grátias.

R. Adjuvábit eam Deus vultu suo. [914].

Versiculus. Elégit eam Deus. *Ec.* [579].

[*Oratio.* Deus qui sacratíssimam.]⁶² {670}.

¶ *Ad secundas vespertas.*

Ant. Scandit montes. *j. de laudibus.* {690}.

[69r.] *Ps.* Dixit Dóminus. (*cix.*). [311]. *et ceteri psalmi de primis vesperris.*⁶³

Capitulum. Ego mater pulchre. {666}.

R. Felix parens.⁶⁴ *vij.* [*de matutinas*]⁶⁵ {687}.

Hymnus. Festum matris. {668}.

V. Elégit eam Deus. *Ec.* {694}.

1520-S:29r; 1531:69r.

Ant.

IV.ii.



X-úl-tat * Virgo vírgi- num in De-o sa-lu-tá- ri

Cónfortans semen Abra-he grá-ti- a singu- lá-ri : Quo pá-tri-

Visitatio beate Marie.



[*Memorie ut supra.*]⁶⁶

¶ *Memoria de dominica si contingat.*

[*Completorium.*]

Completorium dicatur ut supra ad primas vespertas et quotidie quando fit servitium de octavis⁶⁷ nisi in festo sancti Martini, octavis apostolorum, et translatione sancti Thome martyris⁶⁸ : tunc ad completorium dicatur antiphona Miserére. [362]. super psalmum Cum invocárem. &c. [362].

Hymnus. Salvátor. [36]. Et in fine hymni dicatur Deo Patri.

Ant. Lucem tuam. [397]. [super ps. Nunc dimíttis.]⁶⁹ [367].

[*Infra octavas visitationis.*]

Quotidie infra octavas fiat servitium de visitatione cum regimine chori nisi festum ix. lectionum intercurrat.

¶ *Ad matutinas invitatorium, hymnus, antiphone et psalmi sicut in die, V. et R. secundum ordinem nocturnorum.*

Ante laudes versiculus Ora pro nobis [sancta Dei génitrix].⁷⁰ &c. {690}.

¶ *In laudibus hec sola antiphona Scandit montes. j. de laudibus. {690}. Ps. Dóminus regnávit. (xcij.). [45]. [&c.]. Capitulum, hymnus, et V. ut in die. {666}, {693}.*

Antiphone super Benedíctus. et Magníficat. dicantur de antiphonis super psalmos ad primas vespertas, cum repetitione videlicet quando fiat servitium vel memoria de octavis.

¶ *Et notandum est quod in festo translationis sancti Martini fiant medie lectiones de apostolis : et non de octavis nisi tantum memoria de octavis etiam in festo translationis sancti Thome martyris.⁷¹*

¶ *Notandum est quod in festo sancti Martini : et in aliis festis ix. lectionum infra octavas visitationis beate Marie contingentibus dicuntur vespere et matutine de sancta Maria extra chorūm sicut extra octavam ejusdem.*

¶ *Die ij. infra octavas.*

(ij. Jul.)

Lectio prima.

 Acrosáncte militánti ecclésie cóngruum rectúmque visum est, ut que Regíne celi glorióse Genítícis Maríe visitatiónis grátiam in sue tribulatiónis angústia cógitur exoráre : piíssime visitatiónis illús qua salutávit Elízabeth festivitatétem débeat celebráre. Sic enim preces majestáti ejus vene-

rabílius offerúntur : ut ex antíque⁷² benivoléntie decantatióne sua benivoléntia cóngrue est captánda. Magna hec festivitas dómui Zacharíe jocundíssima fuit. Et tanto nobis jocundior esse déberet : quo ipsíus ineffabíliter⁷³ humilitátem virginitatísque suavitátem in ea speciálius celebrámus.

R. de j. nocturno. {677}.

Lectio ij.

FXúrgens María ábiit in montána cum festinatióne : ábiit Gemma vírginum, matrum⁷⁴ Glória, mulíerum Decus, a quiétis vállibus, a thálami delíciis, ad labóres in móntibus, fons áffluens in montána ascendébat. Nunquid non sunt delície, virginitatis decus cum múnere fecunditatis humilitatis insígne charitatis ? Favus distíllans, misericórdie⁷⁵ víscera pleni-

túdo grátie singuláris, sancte seni Elízabeth : sanctis ángelis speciosa facta est et suávis in hujúsmodi delíciis suis sancta Dei génitrix. Mons myrrhe, mons thuris, cuius justícia sicut montes Dei, montes scandit córpore, et non minus mente concéndit. Tu autem [Dómine miserére nostri].⁷⁶

Lectio iij.

Certe non vanis aspéctibus, non ociósis fábulis intendébat : sed piárum meditatiónum sursum actiónibus, devótis oratióibus, et universárum virtútum exercitiis quas, pigmentárius celéstis in ipsa commiscuit : ut fragrans virga fumi ex aromátibus ante conspéctum Dómini júgiter ascendébat. Strenuitatis judícium, prudéntie circunspectio, virgi-

nális erubescéntia notántur, cum annéctitur, cum festinatióne. Fortitudinis donum ipsa hábuit : quando abrúpta móntium festinánter ascéndit. Prudéntie circunspectiōnem advértimus, quando vagis non est usa discúrsibus : sed sédula ceptis instítuit⁷⁷ devótis opéribus. Virginális étiam erubescéntia in ipsa claréscit : quia diu in público vidéri nóluit.

I Tertia die de translatione sancti Martini memoria et medie lectiones de apostolis⁷⁸ : et tantum memoria de visitatione.

I Die quarta.

(v. Jul.)

Lectio prima.

ET intrávit domum Zacharíe. Felix Zacharíe domus que tanta hóspite⁷⁹ letári promeruit : felix domus ubi est

congregatio sanctórum felícium. Felix namque Elízabeth, felícior Johánnes felicíssima María : sed Jesus felicitas etérna. Et salutávit Elízabeth.

Féstinat sancta senex in óbviā púelle :
sed letícia mater seréno vultu, puris
mánibus, et devótis eam arrípuit
ampléxibus : dulci voce, jocundóque
elóquio, favo labiórum distillánte,
[69v.] mellíflua eam salutatióne prevénit.

Fons mélleus scatúriens in útero,
rivos mellífluos intus hábuit : et
extérius mélleam lábiis virgíneis
dulcédinem derivávit, ex charitatis
fervóre fiébat, ut salutatióne tante
salútis effectívam non différret.

Lectio secunda.

Factum est ut audívit salutatióne Maríe Elízabeth : exultávit infans in útero ejus. O vox vere salutatióne veréque salútis. In hac voce salutífera, curátur infántulus a reátu peccáti originális : ante témporis usum accépit sanctificatióne donum. Spíritu Sancto afflátur : Christum íntuens indicibili replétur gáudio. In gestu exultatióne membra

infántula roborántur. Quid mirum si in útero matris, Verbi multa fuit efficácia ? Vere prophéta et plusquam prophéta, qui in matre prophétat. Vere tunc lucérna ardens et lucens, quem sic preoccupávit flamma celéstis : ut jam Christi sentíret advéntum, qui nec sentíre póterat vel seípsum. Tu autem.

Lectio tercia.

PImírum novus ille ignis qui recens elápsus e celo per os Gabríelis in aurem Vírginis intráverat : rursum per os Vírginis ad Johánnis matris aurem introívit ad párvulum : et ab ea hora vas electiόnis sue Spiritussánctus impléret, et lucérna Christo Dómino pararétur.⁸⁰ Fuit ergo tunc lucérna ardens sed ínterim adhuc sub módio, donec super candelábrum ponerétur : ut

lucéret ómnibus qui in domo sunt ecclésie. Solum adhuc illumináre pótuit módiū suum intra matris víscera constrictus : sed lux erat mundi quando de hoc módiū erat edúctus. O magnum pietatis sacraméntum. In ipso motu exultatióne erat revelátum : dum latébat ardens lucérna sub tali módiū, totum mundum paulo post illustratúra fulgóribus carismátum.⁸¹

C Die v. de octava apostolorum Petri et Pauli : et tantum memoria de visitatione. (vj. Jul.)

C Die vj. de sancto Thoma et memoria de visitatione ad utrasque vesperas et ad matutinas. (vij. Jul.)

I Die septima.

(vij. Jul.)

Lectio j.

CT repléta est Spíritu Sancto Elízabeth. Consolári, confortare, et opem salútis ei conférre : advénerat Virgo pia. Et ecce in prima obviatióne replétur Spíritu Sancto, Christum tácito expectátum desidério cernit adésse preséntem, et ejus genuísse cóncipit precursórem : qui óculos apéruit filii, óculos apéruit et matris, ut et ipsa cérneret quid filii exultátio designáret. Et si senem tédeat gravidári : quid est

quod tanto inhabitánte Paráclito, et in tantis novitátum gáudiis léviter non feráтур ? Clamávit voce magna : et dixit, Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui. Múlier gratiósá invénit grátiam devotíssime visitatiónis et officiosíssime prevenientísque salutatiónis : glóriam digne promeruit vere laudis. Que se velut unam de céteris muliéribus ostendébat : que et quanta erat digne Spiritussánctus declarábat. Tu autem.

Lectio secunda.

CLamávit voce magna : non tam clamósa, quam devóta. Nec solum ad intentiónem loquéntis referéndum est quod dícitur voce magna : sed quod verba magni mistérii prolatúra esset insínuat. Magna enim vox : áliquod magnum sentíre demónstrat. Magna étiam voce dicénda est usa fuísse : quia illam vocem cum magna cordis exultatióne in commendatióne magne Vírginis proferébat. Benedícta in virgínibus : que benedíci semper optábat. Offe-

réntur regi vírgines, sed post eam : nam sibi véndicat ipsa primátum. Si rerum précia de charitáte pensámus : que prima in terris propósuit angélicam vitam dúcere, super omnes est. Hec est que sola sine exémplo illibátam Deo vovit sanctimónie⁸² puritátem. Que étiam púritas vírginitáti illi váleat comparári ? que tam aliéna ab omni impuritaté invénta est, ut digna judicarétur que sacrárium Spiritussáncti et Dei Unigéniti fieret habitaculum.

Lectio iij.

LEc est illa speciosa rosa cuius carnem Deus ipsam esse mundicie puritatem indicavit⁸³: quod eam sue divine puritati unire non despexit. Proinde novum illud canticum quod solis dabitur in regno cantare virginibus: ipsa Regina virginum virginitatis primitiva est precesteris cantatura. Benedicta et in matribus, in qua Eve maledictione mutata est: que sola a generali maledictione libera, sine iniquitate, sine corruptione, Spíritu Sancto superveniente concépit, sine gravamine tulit, sine dolore Fílium parturiit. Quod si atténdimus⁸⁴ cuius [70r.] mater, que jam pótuit lingua (étiam si

angélica sit) dignis extollere laudibus Matrem Dei.⁸⁵ Optima vero virginitas fecundata: Marie privilégium est, non dabitur alteri, quia non auferetur hec singulare ab ea in eternum. Benedicta tu in mulieribus que sola es, in qua virginitas et fecunditas obviaverunt sibi. Magnum est esse virginem: sed longe amplius per omnem modum majus est esse Dei Matrem. Hoc unum est quia nullam similem visa est, nec habere sequentem, gaudium matris cum virginitatis pudore: quia sola sine exemplo placuit Génitrix Virgo Genitori suo. Tu.

C Si dies dominicus infra octavas evenerit et vacaverit a festo ix. lectionum, hoc modo fiat servitium.

C Ad primas vesperas ant. Scandit. ut supra j. de laudibus. {690}. Ps. Dixit Dóminus. (cix.) [311]. et ceteri psalmi [de sancta Maria].⁸⁶ Cetera omnia ut in prima die preter R. quod non dicetur.

Memoria de dominica et de Trinitate et processio ante crucem.

In redeundo de omnibus sanctis ant. Salvátor [mundi].⁸⁷ {1596}. V. Letámini. (In festo omnium sanctorum.)⁸⁸ [195].

Oratio. Infirmitatem. [192].

C Ad matutinas hymnus, antiphone, psalmi, V. et R. sicut in prima die dicantur.

Lectio prima.

Ostquam summi Regis nucus salutiferum illud Ave déferens, Elízabeth cognáte

mirificum concéptum, Regine⁸⁹ Vírgini intimáasset: exhilarata est gáudio, et fervore charitatis accénsa,

exúrgens ábiit in montána cum festinatióne. Exúrgens inquit a quiéte vidélicet sancte contemplatiónis sui dilécti : ampléxibus spirituálibus Sponsum suum nichilóminus in sinu ferens. Ipsóque suggerénte, hec speciosa amíca Trinitátis de suo thálamo Colúmba pudicítie, próperat de cavérana non sine angélice comitátu milítie, ut pium officium charitatis

persólveret : omnémque justícam, angelórum Dómina adimpléret. Virgo olim pátribus célitus promíssa, portans illud preciósum depósitum, portans onus leve, portans a quo portabátur, de cubíli jam innotescénda mundo procéssit : et post umbram legis quasi novi témporis grátie auróra consúrgens, soléque justície montes illústrans, diem salútis advenísse monstrávit.

Lectio ij.

FT intrávit domum Zacharíe. Hec Domus Dómini, Templum Dei, Sacrárium Spiritussáncti. Et ipsíus divinitatis non solum spirituáli, verumétiam corporáli gloriósa habitióne replétum. Hec est Archa Novi testaménti ipsum cóntinens Testatórem : que domum Zacharíe intrávit. O quam felix hec domus, multo namque felíctor ad ejus benedicénda intróitum, quam domus olim Obédedom, ad véteris hujus figúre ingréssum. Sancta et imma-

culáta virgínitas in María, salutávit Elízabeth. Pulchrum erat et dignum omni admiratióne spectáculum, tam eminéntis atque amantíssime cognatiónis : devótum intuéri occúrsum. Salutatiónis obséquio prevénit servam dómina, seniorem puélla, plena celésti dulcédine cognátam dúlciter amplexátur : gáudium matris habens cum virginitatis decóre, matri pie congratulátur stérili, pro miraculóse fecunditatis honóre. Tu autem.

Lectio tertia.

Benedictus fructus in quo benedícende sunt omnes gentes : qui est super omnes Deus benedíctus in sécula. Animárum esuriéntium et sitiéntium justícam, ipsórum quoque angelórum esca et potus : ex cuius

benedictiónis plenitúdine tu accepísti, a céteris muliéribus longe differéntius, ídeo benedícta in muliéribus quia ipse⁹⁰ te prevénit in benedictiónibus suavíssime dulcédinis. Singulárem in muliéribus consecúta es benedic-

tióñem : ut sola sis Virgo fecúnda, Mater non cujuscúnque sed Dei, nec Eve maledictióni súbjacens, aut legis, nec grávida cum⁹¹ gravámine, et páriens sine dolóre. Et factum est ut audívit salutatióñem Maríe Elízabeth : exultávit infans in útero ejus.

Jocúnda vox, eloquium dulce : quod exultáre fecit in gáudio, quem matérra víscera claudunt. Mater salútat matrem : sanctíficat infans infántem, Christus baptístam Jo-hánnem, in Spíritu Sancto baptizábat.

Lectio iiiij.

[70v.] **J**ohánnes vero precursóris of-fíciūm, quod voce non póterat : exultatióñis gáudiis exhibébat. Et repléta est Spíritu Sancto Elízabeth. Mox supra rem mirábilem vírginis dignitatétem, divinámque preséntiam expavéscens : clamávit voce magna et dixit, Unde hoc michi, ut véniat mater Dómini mei ad me ? Non est hoc michi a me fámula tua ut fatigérис, et inveterátam vísites pec-catrícem : sed ab ineffábilis tue dulcédinis humilitáte. O veri ligni vite celéstis planta preciósior cunctis,

sánctior univérsis : que sola inveníris digna, fructum salútis portáre. Des-pónsávit te vir justus, sed adamávit te Dóminus meus, et clandestínum illud connúbium sub umbratióne depre-héndo.⁹² Ecce enim ut facta est vox salutatióñis tue in áuribus meis, divíno fulgóre illustrátus est venter meus, et tui fructus dulcédinem séntiens, tuéque vernántis flósculi pulchritúdine delectátus, o paradíse Dei : exultávit in gáudio infans in útero meo.

Lectio v.

Fént beáta super ipsos quoque angelórum spíritus : que tam ineffábili promissióni magna fide credidísti, quóniam perficiéntur ea que dicta sunt tibi a Dómino. Et ait María, Magníficat ánima mea Dóminum. Magno quidem precónio, devóta humílitas beáte Vírginis nil sibi passa est ascríbi : sed in eum

univérsa refúdit cujus in se beneficia laudabántur. O mater inquit venerábilis Spíritu Sancto plena, magníficas Matrem Dómini : sed magníficat ánima mea Dóminum. In voce mea filium péribes exultásse in gáudio : sed exultávit spíritus meus, in Deo salutári meo. Et ipse quoque tanquam amícus Sponsi : gáudio

magno gaudet propter vocem Sponsi. Etiam me dicis esse, quia credidi : sed beatitudinis et credulitatis causa respectus est superne pietatis. Et hoc

beatum me dicent omnes generationes : quia respexit Deus humilitatem ancille sue in sua misericordia, faciens michi magna. Tu autem.

Lectio vj.

Ansit autem apud illam, sibi utique sedula ministrans, non tempore brevi : sed mensium quasi trium. Levis igitur gravide labor que⁹³ beatis sustentatur manibus, fovetur amplibus, solatur verbis : recreatur aspectibus : nec potuit esse periculum, ubi salutis universitate abstitit apotheca. Jam ergo Mater misericordie per hunc sincerissimum tue pietatis affectum, Rachel mater ad te

clamans tuum de excelsis visitationis solatum deprecatur, ut que sola interemisti hereticam pravitatem interimas et scismaticam : quatenus nos tranquillam vitam ducentes, pacis Auctorem, teque Mediatrix rite glorificemus unanimis, debitas illi semper laudes alacriter persolventes, cum quo sedes Regina suaviter cuncta disponens in seculorum, amen.

C *Lectio vii. Secundum Lucam j. [39-47.]*



In illo tempore : Exurgens Maria abiit in montana cum festinatione, in civitatem Iuda : et intravit in domum Zacharie, et salutavit Elizabeth. Et reliqua.

Omelia beati Ambrosii episcopi. Super Lucam lib. 2. capitulo 3.⁹⁴

AOrale est omnibus, ut qui fidem astruunt,⁹⁵ aliquid creditibilis exempli verbis annexant, et ideo angelus cum abscondita nunciaret (ut fides astrueretur) exemplo

senioris femine sterilis conceptum Virgini Marie nunciavit, ut possibile Deo omne quod ei placuit assereret. Ubi audivit hoc Maria : non quasi incredula de oraculo, nec quasi incerta de nuncio, nec quasi dubitans de exemplo, sed quasi leta pro voto, religiosa pro officio, festina pre gaudio in montana perrexit. Quo enim jam Deo plena nisi ad superiora cum festinatione concenderet, quia nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia ? Discite et vos mulieres sedulitatem quam pregnantibus debeatis exhibere cognatis. Mariam que ante sola

íntimis⁹⁶ templi penetrálibus versa-bátur, non a público virginitátis pudor, non a stúdio aspéritas móni-tum, non ab officio prolíxitas itineris

retardávit. In montána cum festi-natióne Virgo officii memor, injúrie immémor, afféctu urgénte non sexu, relícta domo perréxit.

Lectio. viij.

Discite vírgenes non circun-cursitáre per aliénas edes, non demorári in platéis, non áliquos in público míscere sermónes, María in domo sera, féstinat in público.

[71r.] Mansit apud cognátam suam tribus ménsibus, étenim que propter officium vénérat : inherébat officio. Mansit tribus ménsibus, non quod domus delectáret aliéna : sed quia frequéntius vidéri in público sibi displicébat. Didicístis vírgenes pudórem Maríe : díscite húmiles hu-militátem. Venit propínqua ad próxi-mam : júnior ad seniórem. Nec solum venit : sed étiam prior salutávit. Docet enim, ut quanto

virgo cástior sit, tanto humílior nónoverit deférre honórem senióribus. Fit magístra humilitátis : in qua est proféssio castitátis. Est et causa pietatis. Est étiam norma doctríne. Contuéndum enim est quia supérior venit ad inferiórem ut inférior adjuvétur : María ad Elízabeth, Christus ad Johánnem. Dénique étiam póstea ut sanctificáret bap-tísmum, Dóminus venit ad bap-tísmum, cito quoque advéntus Maríe et preséntie Domínice beneficia declarántur : simul enim ut audívit salutatióne Maríe Elízabeth, exul-távit infans in útero ejus, et repléta est Spíritu Sancto. Tu autem.

Lectio nona.

Dide distinciónem : singulo-rúmque verbórum proprietátes. Vocem prior Elízabeth audívit : sed prior Johánnes grátiam sensit. Illa natúre órdine audívit : iste exultávit ratióne mystérii. Illa Maríe, iste Dómini sensit advéntum : fémina mulíeris, et pignus pignóris. Ista grátiam lóquitur, illi intus operántur :

pietatisque mystérium patérrnis adori-úntur proféctibus duplícique miráculo, próphetant matres spíritu par-vulórum. Exultávit infans in útero : repléta est mater. Non prius mater repléta est quam filius, sed cum filius replétus esset Spíritu Sancto : replévit et matrem. Exultávit Johánnes, exul-távit et Maríe spíritus : exultánte

Joháne, replétur Elízabeth. Maríam tamen non tunc repléri Spíritu Sancto : sed spíritum ejus exultare cognóvimus. Incomprehensíbilis enim incomprehensibíliter operabátur in matre : et illa post concéptum replétur, ista ante concéptum. Benedícta tu inter mulieres : et benedíctus fructus ventris tui. Novit sermó nem suum Spiritussánctus, nec unquam

oblivíscitur, et prophétia non solum rerum complétur miráculis : sed étiam proprietáte verbórum. Quis est iste ventris fructus nisi ille de quo dictum est, Ecce heréditas Dómini et filii merces fructus ventris ? Hec heréditas Dómini, et filii merces fructus illíus sunt : qui de Maríe útero procéssit. Tu.

¶ *In laudibus una sola antiphona, [Scandit montes].⁹⁷ {690}.*

¶ *Ad j. et ad alias horas omnia fiant ut infra octavas.*

¶ *In octava die.*

(ix. Julii.)

Ad vesperas.

Super psalmos hec sola Ant. Etérne Patris.⁹⁸ {664}.

Ps. Dixit Dóminus. (cix.) [311]. et ceteri psalmi de primis vesperis.⁹⁹

Capitulum, R. et cetera omnia sicut ad primas vesperas. {666}.

¶ *Ad matutinas.*

Invitatorium triplex, tota cantetur hystoria ut in die. {671}.

Lectio prima.

 Éata prius stérilis Elízabeth, cum gáudium in útero per preséntiam Maríe gustáverit : premíssa¹⁰⁰ mulíeris excellénti glória, súbdidit, Et benedíctus fructus ventris tui, in fructibus benedíctus : sed signánter ventris tui paradísi volup-tatis, areóle arómatum, orti conclúsi,

consistórii Spiritussáncti.¹⁰¹ Benedíctus fructus Patérni úteri : est¹⁰² benedíctus fructus ventris tui. Hunc cernens ventris mei¹⁰³ infántulus exultávit, preciósum fructum celi, cívium vitam [perpétuam],¹⁰⁴ sempítérnam per te datam homínibus, ut vivant in etérnum. Et unde hoc

michi ut véniat mater Dómini mei ad me ? Non ignórat Elízabeth operaciónem Sancti Spíritus, quod prophéte mater a Matre Dómini ad proféctum sui pignoris salutétur : verum hoc non sui mériti sed divíni múnneris esse fatétur. Illa namque quare inquit hoc michi : quibus méritis, qua justicia ? Nonne Mater

Dómini mei jure exaltánda est super choros angelórum ? Unde michi tanta majéstas ? Cur ínfimam te exhibes Dómini mei Mater ? Cur látere vis lucérna mundi, luna plena solári lúmine ? Sol in quo Sol justície pósuit Tabernáculum suum. Miráculum séntio : mystérium agnósco.

Lectio ij.

[71v.] **C**ce enim ut facta est vox salutatiónis tue in áuribus meis : exultávit in gáudio infans in útero meo. Revelánte Spíritu Sancto, quo impléta erat Elízabeth : intélligit quid infántis exultatió designáret, venísse scílicet¹⁰⁵ sanctam matrem illíus, cujus precúrsores futúrus erat. Que ergo prius erubéscebat onus parturiéntis dum nescíret mystérium religiónis : jam nunc benedicébat. Et que se prius occultábat quia filium concéperat : nunc quod prophétam

génuit se déclarat. Exultávit in gáudio inquit, non mediocre gáudium, hoc est Spíritu Sancto : sed tanto inténsius quanto infántulus adhuc inéptior naturáliter ad gaudéndum haberétur. Atténdant vani gáudii sectatóres quo dolore admíxtum est illud, cujus extréma luctus óccupat : quam purum, quam deliciósum sit verum gáudium quod nondum nati párvuli cor liquefácit, hujus gáudii partícipes solíus Dei amíci sunt.

Lectio tertia.

CT beáta que credidísti filia Syon. Veri¹⁰⁶ Salomónis superveniéntem singulárem et únicam vedit Colúmbam, unicámque perféctam et dignam predíctam beatam. Beáta es María in beatitúdine quam in te habes recumbéntem, beatíssima eris cum in regno ipsum associáveris¹⁰⁷ recum-

béntem. Fides magna beatitúdinem promerétur : et eo majórem quo fúerit fides major. Fides major ídeo dici potest : cum inestimabilióri assertióni crédere non recúsat. Et quid credídit Virgo fidélis ? quod Verbum Dei caro fieret per quod facta sunt ómnia, et Dóminus majestátis

quem non capit universitas creatûre : intra víscola virgínea se cláuderet factus homo. Nullum opus Dei majus incarnatiónis mystério. Hoc vere tam

magnum, quod a cunctis infidélibus impossibile judicátur. Tu autem Dómine.

Lectio quarta.

Perficiéntur ea que dicta sunt tibi a Dómino.¹⁰⁸ O preclára prophétia, quando Elízabeth futúra ut preséntia cernit : hec secréta celéstis secretárii dicta cognóscit, futúra predicit. Perficiéntur inquit, concepísti ut dictum est, et pariéndo dicta pretérita perficies : quem de celo tua pulchritúdine invisibíliter attraxísti ómnium Salvatórem visibíliter osténdens mundo. Perficiéntur in te : perficiéntur et in eo. Erit enim

magnus, qui magnus est Deus noster : quia magnificábit eum in conspéctu regum ádeo¹⁰⁹ ut adórent eum omnes reges terre. Omnes gentes sérvient ei : et Fílius Altíssimi vocábitur, non rapína sed natúra. Et dabit ei Dóminus sedem David patris ejus : non terrénam, sed veram sedem super alas chérubin et séraphin cum quo gloriósa regnábis in etérnum. Tu autem.

Lectio quinta.

Meat María, Magníficat ánima mea Dóminum. Audítis Maríe Elízabeth precóniis dona que percéperat : amplius tacere non váluit. Et que virgináli pudóre prius accéptum mystérium téixerat, jam cóngruo témpore patefécit nec pótuit se ultérius continére : cum Spíritum Sanctum quem intra cordis sui secréta tanta plenitúdine redundántem sentiébat per oris aliéni claustra erupísse

cernébat. Nemo hujus cántici verba putet léviter exponénda que nimírum de tam profunda investigatione digne potérunt penetrári. Magníficat ánima mea¹¹⁰ Dóminum. Et in Dómino magna effécta Dóminum confitétur magnum : cuius magníficam poténtiam non fatum,¹¹¹ non casum, sed magníficat ánima mea Dóminum. Exultávit spíritus meus hílaris in Deo salutári meo. Tu autem.

Lectio vj.

In eo qui est Deus et homo Jesus dulcissimus Fílius meus. Tanto

múnere sublimávit me Deus, quod spíritus meus in illius sola memória

delectátur. Quia respéxit humilitátem ancílle sue : óculo misericórdie non nobilitátem géneris, non formam córporis, non eloquéntie suavitátem. Et quod natúra humána per supérbiám pérdidit : per humilitátem divína propiciátio reparávit. Vera humíllitas beáte Vírginis que in judício suo ancílla erat húmiliis, et solo grátie respéctu Sublímis : et que ancílla inquit sum,¹¹² Mater Dei effícitur. Nec dúbitat se eléctam ad incom-

prehensíble hoc mystérium, ad mirábile commérçium, ad inscrutábile sacraméntum : et nóminat se ancíllam. Nardus aromáticus, Flos rédolens, odorífera Humíllitas, Virtus yma summis consílians, cujus odor inexháuste¹¹³ suavitatis Regem ab etérno Paternítatis sinu, tuum traxit ad cubíle. Ecce enim ex hoc : beátam me dicent omnes generatiónes. Tu autem Dómine miseré nostri.

Lectio vij. Secundum Lucam j. [39-47.]

[72r.]



N illo témpore : Exúrgens María ábiit in montána cum festinatióne in civitátem Juda : et intrávit in domum Zacharíe et salutávit Elízabeth. Et reliqua.

Omelia de diversis tractatibus.

Cce Virgo beáta es propter beatitúdinis tue singulárem prerogatiúam per singulas generatiónes, tam cara es ómnibus, tam amabilis univérsis et tam devótā : ut dignum est quod omnes te beatíficent afféctu : ut si cuncti loqui géstiant, quicquid dicátur de indicibili eo ipso quod¹¹⁴ dici potest vel pótuit :

minus pláceat, minus acceptétur. Quia¹¹⁵ fecit michi magna qui potens est : et sanctum nomen ejus. Potens est sanctus Dóminus magna et sancta fecit, incarnatiónis vidélicet et redemptiónis mystéria que ómnia prius facta transcéndunt : et ipsa in me et michi fecit ad meam magnificatióñem singulárem. Mansit apud illam quasi tribus ménsibus. Felix parens Elízabeth, cui soli assístit univérsi mundi Créator : cujus presídium ejus confórtat senectúem, cujus fons letície gémitus consolátur laborántis antíque. Hujus sanctíssime visitatiónis audívimus¹¹⁶ hystóriam : imitémur et formam. Tu autem.

Lectio octava.

Sedeat áнима fidélis cum María in conclávi conscientie : vacans delíciis contemplatiónis supérne. Consolábitur eam celéstis núncius : deliciósus videlicet sapor ferventíssime devotiónis. In propó sito felíci concépit Christum : honésta vero operatióne prodeúnte in lucem, Christum páriet florénter perseveránte

semper grátia castitatis post Verbi concéptum. Progrésa est Mater humilitatis ad montána ut Elízabeth parturiénti solátium dulce conférret : sic et áнима que jam honéstum concépit propó situm, tendat in montána virtútum diligéntis obséquii grátiam egéntibus collatúra. Tu autem.

Lectio ix.

IMitémur fratres charíssimi, sanctam et húmilem Vírginem : in obséquio humilitatis. Imitémur et devótam Elízabeth in opéribus virtuósis : ut nunc in senectúte nostra honéstum propó situm concipiámus. Dulcis est enim miserátió divínus pietatis que felícibus fecúndet¹¹⁷ opéribus nostram senectútem : qui stérilem habúimus juventútem. Deprecámur te, Mater vivéntium : ut hec per tue visitatiónis grátiam consequámur. Copiosa cháritas tua nostrorum coopériat multitudinem

peccatórum : et tua fecúnditas glo- riosa fecunditátem nobis cónferat meritórum. Fac o benedicta per grá- tiā quam meruísti, per preero- gativam quam invenísti, per misericórdiam quam peperísti : ut qui mediante te fieri dignátus est pár- ticeps infirmitatis nostre et misériae, te quoque intercedénte partícipes fáciat nos glórie et beatitúdinis sue Jesus Christus Fílius tuus Dóminus noster qui est super ómnia Deus benedictus in sécula. Amen. Tu.

C In laudib⁹ omnes antiphone dicantur : et cetera omnia sicut in die. {690}.

C Ad primam et ad omnes alias horas omnia ut infra octavas. {695}.

C Ad ij. vesperas antiphone, psalmi, et cetera ut in prima die : preter R⁹ quod non dicetur. {696}.

Memoria de martyribus videlicet de septem fratribus martyribus.

¶ *Sanctorum Processi et Martiniani martyrum.*¹¹⁸

(ij. Julii.)

Oratio.

DEUS qui nos sanctórum mártirum tuórum Procéssí et Martiniáni confessiónibus gloriósis cir-cúndas et protégis : da nobis eórum

et¹¹⁹ imitatióne proficere, et intercessióne gaudére. Per Dóminum [nostrum].¹²⁰

¶ *Eodem die fiat memoria de sancto Swythuno episcopo et confessore.*¹²¹

Oratio.

DEUS qui hunc¹²² diem sacra-tíssimum nobis in beáti Swythúni confessóris tui atque pon-tíficis depositiόne celebráre concédis :

adéstō propícius ecclésie tue précibus, ut cujus gloriátur méritis, muniátur suffrágii. Per Dóminum nostrum.¹²³

¶ *Memoria de apostolis.*

Ad matutinas.

Tres lectiones fiant. Invitatorium duplex.

Lectio prima.

SÓdem quoque témpore nunciátum est Paulíno viro claríssimo, magístro officii, eo quod¹²⁴ Procéssus et Martiniánus, magistriáni melli,¹²⁵ Christiáni effécti fuíssent : misit mílites et tenuit eos, et jussit¹²⁶ in custódia reclúdi. Alia autem die precépit sibi eos presentári. Qui cum addúcti fuíssent ante

conspéctum Paulíni viri claríssimi : dixit eis Paulínus, Sic stulti facti estis : ut deseréntes deos et deas, quos invictíssimi príncipes colunt, et antíquitas nostra¹²⁷ adórat sequéntes vana in audácia vestra, ut sacraménta milítie vestre amittáatis ? Tu autem Dómine [miserére nostri].¹²⁸

Lectio secunda.

REspóndit Martiniánus clara voce : et dixit, Nos modo cépimus habére sacraménta milítie celéstis. Paulínus vir claríssimus magíster officii dixit, Depónite jam améntiam cordis vestri, et adoráte

deos immortáles : quos a cunábulis vestris veneráti estis, et coluístis, et nutríti estis. Beáti mátyres Procéssus et Martiniánus respondéntes : una voce dixerunt, Nos Christiáni facti sumus.

Lectio iij.

POst tríduum autem súbito Paulínus arréptus a demónio expirávit. Tunc filius ejus Pompínius cepit vociferándo clamáre : ad pa-látiām pergens, Moderatóres et gubernatóres reipúblice nostre subveníte : ut extingúantur arte mágica imbúti. Hoc áudiens preféctus urbis Cesárius : intimávit Neróni Augústo rem gestam. Nero autem imperátor precépit dicens, Non tardéntur : sed

celérius extingúantur. Pompínius vero filius Paulíni magístri officii : cepit fórtiter urgére preféctum urbis Cesárium. Tunc preféctus dedit in eos senténtiam¹²⁹ : et jussu ejus ejiciúntur de custódia. Et ducti foras muros urbis Rome, in via que Aurélia nuncupátur : ibi gládio cápite sunt amputáti pro nómine Christi, qui vivit et regnat in sécula seculórum, amen.

Cetera omnia de communi plurimorum martyrum. [739].

Con dominica infra octavas apostolorum Petri et Pauli que varie contigerit : si a festo vacaverit fiant medie lectiones de apostolis : sin autem fiat de eis memoria tantum nisi in translatione sancti Martini : tunc fiant medie lectiones de apostolis quocunque die contigerit, cum responsoriis de communi apostolorum et memoria de visitatione quia matutine beate Marie dicuntur extra chorum.

¶ *Quotidie infra octavas apostolorum
quando de apostolis fit servitium.
Ad matutinas.*

Invitatorium. Regem apostolórum. [*in communi*].¹³⁰ [650].

Ps. Veníte. 10*.

Hymnus. Aurea luce. [*ut supra.*]¹³¹ {605}.

¶ *In primo¹³² nocturno.*

Ant. In omnem terram. [651].

Ps. Celi enárrant. (*xvij.*) [34]. *et cetere antiphone cum suis psalmis de communi apostolorum.*

X. et *R.* secundum ordinem nocturnorum similiter [*de communi*]¹³³ dicuntur.

Lectio prima.

BEATISSIMÓRUM apostolÓRUM pássio fratres, quorum hódie natálem solénniter celebrámus : cunctis honoranda est créntibus quos pro justície pietatísque plenitúdine, Salvátor mundi humáno géneri, et patres esse dedit et júdices.

Quante autem integratíatis quantéve pietatis fúerint, hinc vel máxime providéndum¹³⁴ est, quod ille eos ad emendatiónen corrúpti séculi : et ad mystérium¹³⁵ sue voluntatís elégit : quem non fallébat éléctio.

Lectio ij.

VOCAVIT Dóminus Petrum óibus páuperem : ópere piscatórem. Qui a conversatióne¹³⁶ populári, et communióne úrbium segregátus, vitam inter fluctus agébat innócuam : et victum de simplicitáto querébat. Quem tamen ut ita díixerim páuperem, ut cópetens ei substántia

non deésset : quem bene meréntem de Deo copiósí maris dives unda pascébat. Eléctus est ergo ad predicationem verbi salutáris, ut mutáta vice celéstis mysterio sacraménti : qui captura píscium alebátur, salúte hóminum pascerétur. Tu autem.

Lectio iij.

Gloriosissimum Paulum ad fidem nōminis sui : Christus vocat e celo. Qui quod pérsequi videbátur ecclésiam : non impietáte irreligiósi ánimi seviébat : sed nube ignorántie novam non perspiciens grátiam, amóre antiqué devotionis errábat. Ideo dénique ab oculis ejus véteris umbre calígō detérsa est : ut

verum illud lumen quod de celéstibus choruscábat, et sibi acquíreret, et ómnibus reveláret. Cecátus illuminátus est : non ália dispensatióne, nisi ut clausis carnálibus oculis spirituális ei aspéctus ad inspiciéndam Dei glóriam formarétur. Tu autem [Dómine miseré nostri].¹³⁷

Ps. Te Deum. [41].

[*Ante Laudes.*]

V. Dedísti hereditátem. [662].

C In laudibus.

Hec sola ant. Hoc est precéptum. in communi. [662].

Ps. Dóminus regnávit. (xcij.) [45]. [etc.]

Capitulum. Jam non estis. [in communi].¹³⁸ [644].

Hymnus. Exultet celum. [in communi].¹³⁹ [664].

V. Annunciavrunt ópera Dei. [672].

Super Benedíctus.¹⁴⁰ dicitur una de predictis antiphonis per ordinem.

Oratio. Deus qui hodiérnam. {632}.

C Memoria de cruce et alie memorie consuete dicuntur : quia chorus non regitur per istas octavas.

C Ad j.

[73r.]

Ant. Hoc est precéptum. [662].

Ps. Deus in nōmine. (lij.) [95].

Ant. Glória tibi Trínitatis.¹⁴¹ [99].

Ps. Quicúnque. [100].

Ad alias horas omnia fiant de communi apostolorum : cum hac oratione Deus qui hodiérnam. {632}.

Alie lectiones de apostolis infra octavas.

Lectio j.

GEATISSIMÓRUM apostolórum Petri et Pauli insuperáibilem fidem passionémque germánam, omni nos devotíone fratres necéssesse est celebráre : quia et laudábilis eos vita ad gloriosíssimum perdúxit occasum, et miríficus óbitus

perpétuam transmísit ad vitam. Et licet in Petro fides emíneat, in Paulo doctrína precéllat et magistérium : tamen Pauli fidei plenitúdo est, et credúlitas Petri doctríne est fundaméntum. Tu autem.

Lectio secunda.

HOS tanta celéstis electíonis dignátio visitávit ut hic fieret de piscatóre doctor : ille de persecutóre defénsor. Sed in hoc omnipoténtis Dei attollénda majéstas est : qui inspirátiōne mirábili et docéndi grátiā trábuit impérito, et inimícum fecit amáre quod óderat, et fidem quam impugnábat assérere. Illíus pescatióñem non abstulit : sed mutávit. Hujus cecávit óculos : ut purgatióri recépto lúmine, claríssima

mentis ácie, ultra humánum vidére posset aspéctum. Accépit autem et fidelíssimus Petrus hos óculos, qui Christum Dóminum in carne pósitum : et divinitátem suam sub spécie assúmpti homínis occultátam, Fílium esse Dei vivi, Sancti Spíritus rádio illuminátus inspéxit. Ait enim Dómino percunctánti quis esse ab homínibus putarétur. Tu es inquit Christus Fílius Dei vivi.

Lectio tertia.

QUIS non responsiónis plenitúdinem piscatórem protulísse mirétur, qui compéndio brevíssime confessiónis apéruit, et quod de Patre habébat Dóminus, et quod de humána nativitaté suscéperat ?

Christus enim et Fílius Dei vivi utriúsque natúre indivísum cóntinet sacraméntum. Vere suscipiéndum cunctis et mirábilem piscatórem, qui dum maris profunda rimarétur : ad altíssimum majestatis etérne pervénit

archánum. Quanti igitur mériti apud Deum suum Petrus erat ut ei post navícule parve remígium, totius ecclésie gubernácula traderéntur ? Aut quantum in apostolátus sui ministério complacuísse Christo

crédimus Paulum, qui tantum placére pótuit persecútor ? Plácuit enim quia non iníqui péctoris stúdio : sed símplicis ignorántie incáuta devotióne certábat. Tu autem.

I Item alie lectiones infra octavas.

Lectio prima.

Quoniam ut primum Pauli sénibus Spíritus veritátis infúsus est : osténdit contínuo non se Christi sevísse ódio, sed amóre patérne legis innocénter errásse. De quo quid ego potíssimum dicam cum fidelíssimus ipse sibi sit testis, qui cum nec suas vellet jactitáre

laudes, et Christi annunciáre cúperet majestátem : verecúndius quod in se gestum est confítetur. Ait enim velut de áltero quodam. Scio inquit hóminem in Christo Jesu raptum usque ad tértium celum, raptum in paradísum : et audívit archána verba que non licet hómini loqui.

Lectio secunda.

Quid hoc apóstolo magnificéntius, cui in médio mortálium constitúto, et supra celos ire datum, et ad terras redire concéssum est ? Quid hoc beátius viro, qui inter secréta paradísi addíscere¹⁴² méruit, quod nec lingua hóminis loqui posset nec quisquam mereréntur audíre ? Et cum tante sint sublimitatis illa quae dócuit, ut comprehéndere ea mens humána non possit, quante illud putámus esse glórie, quod pródere sibi

ásserit non lícere ? Quid étiam de Petro réferam, cuius tantum a Deo est approbáta justícia, tantáque ei poténtia attribúta est judicándi, ut in arbítrio ejus poneréntur celéste judícium ? Prospícite ergo et estimáte, quanto vobis sit Petrus apóstolus honóre reveréndus : cuius senténtiam in terris prolátam, sempitérii judícis équitas non repéllat. Tu autem [Dómine miseré nostri].¹⁴³

Lectio tertia.

Créndo ideo diligénter considerandum est, quas sit ejus glórie

magnitúdo, cui dum claves regni committúntur eténni : celum illi [73v.]

cláudere et aperíre permíssum est. Horum ítaque charíssimi per uni-vérsum mundum veneránda hódie pássio celebrátur : horum hódie concúrsu letíssimo éxcolit Roma martyrium. Et quorum dudum ímpia persecúta est ságuinem : eórum nunc peculiári devóta patrocínio gloriátur. Hii ítaque sunt ecclesiárum

colúmne, Petrus et Paulus, quos et vita sanctíssima venerábilem duxit ad mortem : et gloriósus occásus fecit esse perpétuos. Quos non solum honorámus ut mártires : sed ut magístros patrésque mártirum venerámur, qui ecclésiam Dei et celéstis predicationis doctrína, et pii sanguinis effusióne fundavérunt.

¶ *Translatio et ordinatio¹⁴⁴*

sancti Martini episcopi.

(iv. Julii.)

Novem lectiones.

Oratio.

DEUS qui populo tuo etérne salútis beátum Martínus místrum concessísti : presta quésimus, ut qui exécuto mandatórum

tuórum éxitit in terris, intercéssor noster semper esse dignétur in celis.
Per Dóminum.

¶ *Memoria fiat de apostolis.*

Ad matutinas.

Lectio prima. Sulpicius, lib. I. de vita sancti Martini.

BÉATUS Martínus cum ad episcopátum Turónice ecclésie peterétur, et érui a monastério suo non fácile posset : Rurícius quidam¹⁴⁵ unus e cívibus, uxoris languóre simuláto ad génua illíus provolútus, ut egrederétur obtínuit. Itaque dispósitis jam in itínere cívium turbis : sub quadam custódia ad civitátem usque dedúcitur. Mirum in modum incredíbilis multitúdo, non solum ex illo óppido : sed étiam ex vicínis úrbibus ad suffrágia ferénda convénerat. Una

ómniū volúntas, eádem vota, eadémque senténtia, Martínus episcopátu esse digníssimum : felicem fore tali ecclésiam sacerdóte. Jam autem sumpto episcopátu, qualem se, quantúmque prestíterit : non est nostre facultatis evólvere. Idem enim constantíssime perseverábat : qui prius fúerat. Eadem in corde ejus humilitas : eádem in véstitu ejus vilitas erat. Atque ita plenus auctoritatis et grátie implébat epíscopi dignitátem : ut non tamen propósitum monáchi virtútemque deséreret.

Lectio secunda.

Gregorius Turonensis, Libro j. de miraculis sancti Martini.¹⁴⁶

Pereprécium est étiam illud insérere lectíoni : quáliter beáti viri corpus in locum ubi nunc adorátur, fúerat¹⁴⁷ ángelo annuénte translátum. Anno sexagésimo quarto post tránsitum gloriosíssimi dómini Martíni : beáts Perpétuus Turónice sedis cáthedram sórtitus est dignitátis. Adeptúsque hunc ápicem, cum magno votórum consénsu : fundménta templi amplióra quam fúerant super beáta membra locáre dispósuit. Quod sagáci insístens stúdio : mirífico mancipávit effectu.¹⁴⁸ Adveniénte ergo optáto témpore sacerdóti ut

templum dedicarétur, et sanctum corpus a loco ubi sepultum fúerat transferréatur : convocávit beáts Perpétuus ad diem festum vicínos pontífices, sed et abbátum ac diversórum clericórum non mínimam multitúdinem. Et quia hoc in kaléndis Júlii¹⁴⁹ ágere volébat : vigiláta una nocte facto mane accépto sárculo terram que super sanctum erat túmulum cepérunt effódere. Quo detécto : manus ut eum commóverent injíciunt. Ibíque multitúdo tota labórans : nichil prorsus per totam diem profécit.

Lectio tertia.

Vigiláta déníque ália nocte, mane tentántes : íterum nichil omníno ágere potuérunt. Tunc conturbáti atque extérriti : quid fácerent nesciébant. Dicit eis unus ex cléricis, Scitis quia post hoc tríduum, natális episcopátus ejus esse consuéverat : et fórsitan in hac die se transférre¹⁵⁰ nos ádmonet. Tunc jejúniis et oratióibus ac jugi siléntio die noctúque insisténtes : tríduum illud continuátiōne duxérunt. Quarta autem die accedéntes, ponentésque manus : non valébant pénitus movére sepúlchrum. Pavóre autem ómnibus

extérritis, jam in hoc stantes ut terra vásculum quod detéixerant operírent : appáruit eis veneránda canície senex ad instar nivis candórem éfferens : dicens se esse abbátem, et ait eis, Usquequo conturbámini et tardátis ? Num vidétils dóminum Martínum stantem et vos juváre parátum, si manus appónitis ? Tunc jactans pállium quo utebátur, pósuit manum ad sarcóphagum cum réliquis sacerdótibus : crúcibus parátis et céreis. Impositáque antiphóna : dedérunt cuncti voces psalléntium in excélsso. Tandem ad senis conátum, [74r.]

prótinus sarcóphagum in summa levitáte commótum : in locum ubi nunc adorátur : Dómino annuénte perdúcitur. Quod ad voluntátem sacerdótis compósitum, dictis étiam missis ut ventum est ad convívium : requiréntes sollícite senem,

nequáquam repperérunt. Sed nec homo quidam éxitit : qui eum de basílica exíre vidísset. Credo quod aliqua fuísset virtus angélica, que et béatum virum se vidísse pronunciávit : et deínceps nulli compáruit.

Medie lectiones de apostolis fiant.

Lectio quarta.

Beatissimórum apostolórum Petri et Pauli triúmphum hodiérna devotióne fidelíssime celebrémus : ut per quos inítium divíne cognitiónis accépimus, per eos usque in finem séculi capiámus regni celéstis augmémentum. Qui in conspéctu gé-

neris humáni mirábiles apparuérunt, dum in eórum agnitióne imitántur qui prevaléndo deficiunt persecúti : et deficiéndo preválent interémpti. Nec potest ullátenus explicári : quibus modis hec interféctio preciosa pensétur.

[*Responsoria de communi apostolorum.*]¹⁵¹ [652].

Lectio quinta.

Moriúntur Petrus et Paulus abjécti : et orbis terrárum cápiunt principátum. Moriúntur mundáne eruditiónis ignári : et exístunt doctríne celéstis gnari. Moriúntur captóres píscium : et efficiúntur piscatóres hóminum. Moriúntur sóliti mária perscrutári mediócris artis offício : et reddúntur

séculi examinatóres et júdices. Moriúntur terréne dignitátis extránei : et eórum pontificio celum aut reserátur aut cláuditur. Moriúntur aliquándo non moritúri : et predónes mortis efficiúntur etérne. O admiránda comércia : que nulla possunt estimatióne taxári.

Lectio sexta.

Per Petrum et Paulum Unigéniti sacrum corpus Deus exórnat : et in eis ecclésie sue fundaménta

constítuit. Nam unus dies duórum mártiryrum est, et duórum apostolórum : quantum ecclésie traditióne

percépimus. Nam non divérso sicut herétici gárriunt, sed uno témpore, uno eodémque die, gloriósa morte in urbe Roma sub Cesáre Nerónem agonizántes coronáti sunt : et páriter sanctam Románam ecclésiam Christo Deo nostro consecravérunt. Equávit méritum in passióne, qui eos unum

quidem de equórís pescatíone : álum vero ex predícte sancte ecclésie persecutíone : ad etérnam vocávit redemptíonem. Hoc enim egit de eis qui in eis patiebátur, qui adjúvit decertántes et coronávit vincéntes : Jesus Christus Dóminus noster.

Evangelium secundum Lucam xij. [32-34.] [Lectio vij.]



LIN illo témpore. Dixit Jesus discípulis suis, Nolíte timére pusillus grex : quia complácuit Patri vestro dare vobis regnum. Et relíqua.

Omelia beati Augustini episcopi.

Sermo ex commentario venerabilis Bede presbyteri. Et est Lib. 4. super Lucam, capitulo 53.

PUsíllum gregem electórum, vel ob comparatiónen majóris numeri reprobórum, vel pótius ob humilitatis devotiónem nóminat : quia videlicet ecclésiam suam, quantálibet numerosítate jam dilatátam, tamen usque ad finem mundi humilitáte vult créscere, et ad promíssum regnum humilitáte pervenire. Ideóque contra labóres blande consolátus, quia¹⁵² tantum regnum

Dei quérere précipit : éidem regnum a Patre dandum complácita benignitaté promíttit. Véndite que possidétis : et date elemósynam. Nolíte inquit timére ne propter regnum Dei militántibus hujus vite necessária desint : quinétiam posséssa propter elemósynam véndite. Quod tunc digne fit, quando quis semel pro Dómino suis ómnibus spretis nichil-óminus post hec labóre mánuum, unde et victum transígere et elemósynam dare queat, operátur. Unde gloriátur Apóstolus dicens, Argéntum aut¹⁵³ aurum aut vestem nullius concupívi, ipsi¹⁵⁴ scitis : quóniam ad ea que michi opus erant : et his qui mecum sunt, ministravérunt manus iste.¹⁵⁵ Omnia osténdi vobis : quóniam sic laborántes opórtet suscípere infírmos.

Lectio viij.

[74v.] **F**Acite vobis séculos qui non veteráscunt : elemósynas vidélicet operando : quarum merces in etérnum máneat ubi non hoc precéptum est, ut nichil pecúnie reservétur a sanctis vel suis scilicet vel páuperum úsibus suggerénde : cum et ipse Dóminus cui ministrábant ángeli, tamen ad informándam ecclésiam suam, lóculos habuisse legátur, et a fidélibus oblata consérvans, et suorum necessitábus aliisque indigéntibus tríbuens, sed ne Deo propter ista serviátur, et ob inópie timórem justícia deseráatur. Thesáurum non deficiéntem in celis : quo fur non apprópiat, neque tínea irrúmpit. Sive simplíciter accipiéndum est quod pecúnia serváta deficiat, vel videlicet a fure thesáuris crepta, vel in thesauris

ipsa sui fragilitáte fedáta, data autem pro Christo perénne misericórdie fructum cónferat in celis : seu certe ita intelligéndum est, quod thesáurus boni opéris si commódi terréstis occasióne condátur, fácile corrúptus intéreat, ac si solum celésti intentiόne congerátur, non extérius hóminum favóre, non intus inánis¹⁵⁶ glórie váleat labe maculári. Fur enim de foris rapit : tínea scindit intérius. Fur ábstulit divítias eórum : de quibus Dóminus ait, Recepérunt mercédem suam. Tínea corrúmpit vestes eórum : quos Psalmista redárguens ait, Quóniam Deus díssipat ossa hóminum sibi placéntium. Ossa enim : virtútum robur appéllat.¹⁵⁷ Tu autem.

Lectio nona.

Abi enim thesáurus vester est : ibi et cor vestrum erit. Hoc non solum de pecúnia : sed et de cunctis possessiónibus sentiéndum est. Gulósi deus venter est. Ibi ergo habet cor : ubi et thesáurum. Luxuriósi thesáuri épule sunt : lascívi lúdicra, amatóris libido. Huic servit unusquisque a quo víncitur. Sint lumbi vestri precíncti : et lucérne ardentes. Quia multos osténderat :

vel in totum século súbditos, vel seculáris intúitu cómmodi Dómino serviéntes : pulchre brevitérque suos docet et lumbos precíngere propter continéntiam ab amóre rerum seculárium, et lucérnas ardentes habére, ut hoc ipsum vero fine et recta intentiόne fácient. Aliter. Lumbos¹⁵⁸ precíngimus : cum carnis luxúriam per continéntiam coartámus. Lucérnas autem ardentes in mánibus

tenémus : cum per ópera bona próximis nostris lucis exémpla monstrámus. Redemptóri étenim nostro unum sine áltero nequáquam placére potest, si aut¹⁵⁹ is qui bona agit adhuc luxúrie inquinaménta non déserit : aut is qui castitáte préeminet, necdum se per bona ópera exérctet.

Sed et si utrúmque ágitur : restat ut quisquis ille est spe ad supérnam pátriam tendat, et nequáquam se a víciis pro mundi hujus honestáte contíneat, sed totam spem in Redemptórī sui advéntu¹⁶⁰ constítuat.

Cetera omnia de communi unius confessoris et pontificis. [791].

[*Septima die infra octava apostolorum lectio j. Beatissimórum apostolórum Petri et Pauli. in superna.*]¹⁶¹ {721}.

¶ In octava apostolorum Petri et Pauli.

(vj. Julii.)

Ad vesperas.

Ant. Estóte fortes. In communi. [643].

Psalmi feriales.

Capitulum.

Hi sunt viri misericórdie [quórum justicie obliviónem non acce- pérunt, cum sémine eórum permá-

nen bona : heréditas sancta népotes eórum].¹⁶²

Et alia capitula require in festo sanctorum Johannis et Pauli.

R. Qui sunt isti. [in communi].¹⁶³ [644].

Hymnus. Aurea luce et décoré róseo. {605}.

X. In omnem terram exívit [sonus eórum].¹⁶⁴

8097.

[R. Et in omnes fines terre verba eórum].¹⁶⁵

AS:455; 1520-S:30r; 1531-S:74v.

Ant.
II.i.




sar0085.

glo-ri- ó-si * a-póstó- li, co-lúmne ecclé- si- e,

ve-ri-tá-tis pre-cónes, lámpa-des ar-déntes, vos igne

Spi-ri-tus-sáncti fu-gá-tis er-ró-rum té-ne-bris mun-dum

il-lumi- nástis : in-tercé-di-te pro no-bis ad De- um



qui vos e- lé-git. *Ps. Magnificat. 55**.

Oratio.

DEUS cujus déxtera beátum Petrum [apóstolum]¹⁶⁶ ambulántem in flúctibus ne mergerótur eréxit : et coapóstolum ejus Paulum tértio naufragántem de profundo

pélagi liberávit : exáudi nos propícius et concéde, ut ambórum méritis, eternitatis glóriam consequámur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

C Ad matutinas.

Novem lectiones fiant.

Invitatorium triplex. Regem apostólorum. [650].

Ps. Veníte. 10.*

Hymnus. Aurea luce. [ut supra].¹⁶⁷ {608}.

Antiphone et cetera omnia de communi hystoria unius apostoli. [651].

Lectio j.

Loriosíssimos Christiáne fi-dei príncipes ánnuis solennitáibus honorántes fratres charíssimi : ipsum Dóminum ac Deum nostrum, qui hujus Auctor est fidei, débita religióne venerámur. Apóstoli enim, sermóne Latíne dicúntur Missi. Qui ergo honórant missos, maniféstum est eos honoráre

mitténtem : quóniam dígnitas que defértur minístris, illi sine dúbio cuius minístri sunt exhibétur. Quápropter de supplíciis patrum nostrórum, pro Christi confessióne suscéptis, fidélibus gáudiis exultémus : quóniam qui de mártýrum morte letátur, mártires non dúbitat cum Christo regnare post mortem.

Lectio ij.

POs ergo fratres ecclesiárum ómnium reverendíssimos pa-tres, Petrum dico et Paulum piíssimis stúdiis honorémus : quibus Christi

prestánte grátia, factus est de morte natális : quibus finis vite, vivéndi inítiū dedit. Quibus (ut ipse ait [75r.] apóstolus Paulus) vívere Christus

erat : et mori lucrum. Erat útique eis Christus vivere : quia totum proficiébat Christi ecclésiis quod vivébant. Erat eis et mori lucrum : quorum corruptióni incorrúptio succédébat, et damna preséntium tempórum lucra perpétua sequebántur. Hic est Petrus : cui Christus

Dóminus communiónem sui nómínis libénter indúlsit. Petra enim erat Christus : et per Christum Petrus factus est petra. Sicut enim in desérto sitiénti pôpulo aqua fluxit de petra¹⁶⁸ : ita univérso mundo perfidie ariditáte lassánti de ore Petri fons salutifere confessiónis emérsit.

Lectio ij.

Hic est Petrus, cui Christus ascensúrus ad Patrem pascéndas ovículas suas, agnósque comméndat : ut quos ille pietatis miseratióne redémerat, hic fidei sue virtúte serváret. In beatíssimo étiam Paulo Dóminus fidem nómínis sui dum ipsam fidem persecuerétur élégit : et dum velut acérrimus persecútor Christiánam vastat ecclésiam, inimico adhuc ejus in péctore, amícum sibi cor Christus invénit.¹⁶⁹ Cum ígitur omnes beáti apóstoli parem grátiam apud Dóminum sanctitatis obtíneant : nescio tamen quo pacto Petrus et Paulus vidéntur pre céteris peculiári

(Augustini
Sermo
27. de
Sanctis.)¹⁶⁵

quadam in Salvatóre fidei virtúte precéllere. Nam Petro sicut bono dispensatóri clavem regni celéstis dedit : Paulo tanquam idóneo doctóri, magistérium ecclesiástice institutiónis injúnxit, scílicet ut quos iste erudíerit ad salútem, ille suscípiat ad quiétem,¹⁷⁰ et quorum patetfécerit corda doctrína verbórum, eórum animábus Petrus apériat regna celorum. Clavem enim sciéntie : et Paulus a Christo accépit. Clavis enim dicénda est : qua ad fidem pectórum dura corda reserántur, et méntium secréta pandúntur. Tu autem Dómine miseré nostri].¹⁷¹

Lectio quarta.

Ambo ígitur apóstoli claves a Dómino percepérunt : sciéntie Paulus, poténtie Petrus. Divítias immortalitatis ille dispénsat : sciéntie thesáuros iste largítur. Ergo beáti Petrus et Paulus éminent inter

univérsos apóstolos : et peculiári quadam prerogatíva precéllunt. Verum-étiam inter ipsos quis cui preponátur incértum est. Puto enim equáles esse méritis, qui equáles sunt passióne : et símili eos fidei devotíone vixísse,

quos simul vidémus ad martyrii glóriam pervenisse. Non ígitur sine causa factum putémus, quod hi beáti

apóstoli, una die, uno in loco, unius tyránni tolerávere senténtiam. Tu autem.

Lectio quinta.

Na die passi sunt : ut Christum páriter pervenírent. Uno in loco : ne áltéri Roma déesset. Sub uno persecutóre : ut equális crudélitasutrúmque constríngeret. Dies ergo pro mérito, locus pro glória : persecútor decretus est pro virtúte. Et in quo tandem loco martyrium pertulérunt ? In urbe Roma, que principátum et caput óbtinet natiónum : scílicet ut ubi erat caput superstítionis, illic caput quiésceret sanctitatis. Et ubi géntium príncipes

habitábant : illic ecclésiarum príncipes moreréntur. Cujus autem sint mériti beatíssimi Petrus et Paulus hinc pósse sumus intelligere : quod cum Dóminus oriéntis régiónem própria illustráverit passióne, occidéntis plagam ne quid minus esset, vice sui apostolórum sanguine illuminare dignátus est. Et licet illíus pássio nobis sufficiat ad salútem : tamen étiam horum martyrium nobis cónculit ad exémplum. Tu autem.

Lectio sexta.

Horum ítaque charíssimi per univérsum mundum veneránda pássio celebrátur : horum concúrsu letíssimo excolit Roma martyrium, et quorum dudum ímpia persecútā est sanguinem, eórum nunc peculiári devótā patrocínio gloriátur. Hi ergo sunt beatíssimi Petrus et Paulus : qui sacraméntum celéstis regni uno spíritu predicántes, sub unius passióne diéi doctrínam suam¹⁷² pio sanguine et morte fortíssima consecrárunt. Qui étiam tanquam ecclesiárū ómnium príncipes facti, dispensatióne celésti

Romam pétere non timuérunt, quo omnis innocéntia sub Nerónis laborábat império, qui primus nómini Christiáno atrocitatē persecutiónis inférre exórsus est : quasi per neces sanctórum grátia Dei posset extíngui, cujus hoc ipsum erat máximum lucrum, ut contémptus vite hujus occídue percéptio fieret felicitatis etérne. In hac ergo urbe sacratissima [75v.] apostolórum córpora recóndere divinitus fuit dispósum : que tótius orbis¹⁷³ obtinébat principátum, quátenus ubi mundus caput habébat

impéii, ibi Christus collocáret regni

sui príncipes.

L Secundum Mattheum xiiij. [22-33.] [Lectio vij.]



N illo témpore : Jussit Jesus discípulos suos ascéndere in navículam, et precédere eum trans fretum : donec dimítteret turbas. Et dimíssa turba : ascéndit in montem solus oráre. Et réliqua.

Omelia beati Augustini episcopi.

*De verbis Domini, in Mattheum,
sermone 14.¹⁷⁴*

D Um sanctum Evangélium lege-rétur : audívimus navículam

periclitántem, Christum periclitántibus subveniéntem, Petrum veniénti Christo occurréntem. In quibus ómnibus miráculum expec-távimus : mystérium requirámus. Quando enim pójsumus de divínis opéribus que legúntur intelléctum alícujs místice significatiónis exscúlpere : quasi de abstrúsis favórum cellis mella prodúcimus. Vel Christi discípulos imitantes spicas mánibus confricámus : ut ad laténtia grana perveniámus et in eis vitam inveniámus.

Lectio viii.

A Scéndit ergo Dóminus noster Jesus Christus ut lectum est : in montem solus oráre. Mons altitúdo est. Quid enim in hoc mundo áltius celo ? Quis vero in celum ascéndit : óptime novit fides vestra.¹⁷⁵ Cur autem solus ascéndit ? Quia nemo ascéndit in celum nisi qui descéndit de celo : Fílius hóminis qui est in celo. Quamvis et in fine cum vénerit et nos omnes sua membra collégerit,

ac leváverit in celum, étiam tunc solus ascéndet¹⁷⁶ : quia caput cum córpore suo unus est Christus. Nunc autem solum caput ascéndit : Mediátor Dei et hóminum Homo Christus Jesus. Christus ascéndit solus oráre : quia ipse ascéndit ad Patrem pro nobis interpelláre. Verúntamen dum ille charíssimi orat in excélsso : navícula turbátur flúctibus in profundo, quia insúrgunt fluctus. Tu.

Lectio ix.

P Otest ista navícula turbári : sed quia Christus orat non potest mergi. Navicéllam quippe istam

fratres ecclésiam cogitáte : turbuléntum mare hoc séculum. Quando áliquis ímpie voluntátis maximéque

potestatis persecutio[n]es inducit eccl[esi]e, et quantum in ipso est Christianum nomen conatur extinguiere : super naviculam Christi grandis unda consurgit. In tentationibus ergo erigatur antennae : ut suspensa arbore, crucem figuraret. Hanc Christianus respiciat : et non deficiet. Quia sicut dixit apostolus Petrus, Christus pro nobis passus est, nobis relinquent exemplum : ut sequamur vestigia ejus. Dicit etiam beatus Johannes, Sicut enim Christus

pro nobis animam suam posuit : sic et nos debemus pro fratribus animas ponere. Huic ergo antennae, id est cruci Christi, simplex conversatio et pura confessio tanquam candentia¹⁷⁷ vela religentur : et hec vela nostra fluctibus abluantur, vestisque tenduntur ut sine macula et ruga inveniantur. Quantulumlibet mare seiat et ventus¹⁷⁸ incumbat inter flatus et fluctus navis ista turbetur tantum non mergatur : et currit. Tu autem.

[*Ante laudes.*]

¶. Dedisti hereditatem. [662].

¶ *In laudibus.*

Ant. Hoc est preceptum. [662].

Ps. Domiuus regnavit. (xcij.) [45].

Et cetere antiphone que sequuntur de communi apostolorum.

Capitulum. Hi sunt viri misericordie. [ut supra.]¹⁷⁹ {725}.

Hymnus. Exultet celum laudibus. in communi. [664].

¶. Annunciarunt. [672].

Ant. Isti sunt due olive. *Quere hanc antiphonam in die sanctorum Johannis et Pauli ad primas vesperas.* {587}.

[*Ps. Benedictus.*]¹⁸⁰ 52*.

Oratio. Deus cuius dexter. [ut supra.]¹⁸¹ {726}.

¶ *Ad j. et ad alias horas antiphone, R. et ¶. de communi apostolorum.* [673].

Capitula ut supra diximus [in festo sanctorum Johannis et Pauli]¹⁸² cum oratione [hujus]¹⁸³ diei [dicantur].¹⁸⁴

¶ Translatio sancti Thome martyris.

(vij. Julii.)

Ad vesperas.

Super psalmos ant. Iste sanctus. in communi. [679].

Psalmi feriales.

Capitulum. Omnis pontifex. in communi. [729].

Require in alio festo et dicatur sine prosa.

SP:15v; 1519:83v; 1520-S:30v; 1531:39v.¹⁸⁵

Resp.


V.

A musical score for a Responsory. It consists of four lines of red square neumes on a bass staff. The first line starts with a large initial letter 'A' followed by 'cet * gra-num opprés-sum pá-le-'. The second line continues with 'a, Jus-tus ce-sus pra-vó-rum frá-me-a.'. The third line begins with '†Ce-lum do-mo cómmu-tans lú-'. The fourth line ends with 'te-a.'. The score is labeled '601260.' at the top right.

[Tres clerici dicat versum.]¹⁸⁶

A musical score for a verse. It consists of four lines of red square neumes on a bass staff. The text is '¶. Ca-dit custos vi-tis in ví-ne-a : Dux in cas-tris,'. The score is labeled '601260a.' at the top right.

Translatio sancti Thome martyris.



cultor in á- re- a. †Ce- lum.

[*Non dicatur prosa.*]¹⁸⁷

Hymnus. Martyr Dei qui. in communi. [681].

8081. *X. Glória et honóre [coronásti eum Dómine.*

*R. Et constituísti eum super ópera mánum tuárum].*¹⁸⁸

AS:72; 1519:84v; 1520-S:31r; 1531:40r.¹⁸⁹

203776. Ant. I.v.

As- tor * ce- sus in gre-gis mé- di- o, Pa- cem

e- mit cru- ó-ris pré- ci- o : O le-tus do- lor in tris- ti

gáu-di- o, Grex respí- rat pastó- re mórtu- o, Plangens

plau-dit ma- ter in fí- li- o, Qui- a vi- vit victor sub

glá-di- o. Ps. Magníficat. 53*.

Oratio.

D Eus qui nobis beáti Thome mártiris tui atque pontíficis translatióñem¹⁹⁰ celebráre concédis : súpplices exorámus, ut ejus mériti et

précibus a víciis ad virtútes, et cárcere transferámur ad regnum. Per Dóminum nostrum.

C *Memoria de apostolis solenniter.*¹⁹¹

Ant. In regeneráþne. [in communi].¹⁹² [677].

[76r.]

V. Annunciavérunt [ópera Dei].¹⁹³ [672].

Oratio. Deus cujus déxtera. [ut supra].¹⁹⁴ {726}.

C *Ad completorium omnia fiant ut in festo [sancte]¹⁹⁵ Trinitatis.* [397].


C *Ad matutinas et ad alias horas omnia fiant ut in aio festo, sed sine Allelúya. in responsoriis per horas.* 445.

[**C** *Ad matutinas.*

AS:72; 1519:85r; 1520-S:31r; 1531:40r.¹⁹⁶


Invit.

II.



100030.

S- sunt * Thome mártý- ris so- lénni- a.



†Virgo ma- ter jú-bi-let ec-clé-si- a. Ps. Ve-ní-te. 7*.

Hymnus. Martyr Dei qui únicum. in communi. [682].


I In j. nocturno.

1519:85r; 1520-S:31r; 1531:40r.

1. Ant. I.v.
204793.




 Ummo * sa-cerdó- ti- o Thomas sublimá- tus : Est




in vi- rum á- li- um sú-bi-to mu-tá- tus. Ps. Beátus vir. (j.)
[12].

1519:85r; 1520-S:31v; 1531:40r.

2. Ant. II.i.
203157.




 Onáchus * sub clé- ri-co clam ci-li-ci- á- tus Carnis



carne fórti- or édomat co-ná-tus. Ps. Quare fremuérunt. (ij.)
[12]₁₉₇

1519:85r; 1531:40r.

3. Ant. III.ii.
200970.



 Ul- tor * agri Dó-mi-ni trí-bu-los a- vél-lit : Et



vulpes a ví- ne- is arcet et ex-pél- lit. Ps. Dómine quid
multiplicáti. (iji.) [13].

¶ Glória et honóre coronásti eum Dómine.]¹⁹⁸ {732}.

Lectio prima.

Cloriosíssimi mártiris Thome translatióne fratres charíssimi, dignis in Dómino láudibus recenséntes, pio mentis pensémus afféctu : que quasi felíci preságio, in ipsíus translatione concurrébant. Licet enim a nonnúllis sancte Románe ecclésie pontificibus translátio ejus prius fuisset affectáta, et sancte Cantuariénsi ecclésie pro témpore presidéntibus demandáta :

non pótuit tamen quod demandátum fuit ante témpora infra notáta impléri. Quod quidem dispensatióni divíne ascribéndum est : non humáne. Dóminus enim ac Redémptor noster in sapiéntia cuncta dispónens hec ipsa témpora preelégit : ut translátio sicut et pássio ejus ecclésie sacrosáncte esset profutúra. Tu autem Dómine miseré [nostrí].¹⁹⁹

[1519:85v; 1520-S:31v; 1531:40r]²⁰⁰

1. Resp. I.

Tu- dens * li- vor Tho- me sup-plí-

ci- o : Tho- me ge-nus dam- nat ex- í- li- o.


†To- ta si- mul ex- it cogná-

ti- o. ¶ Ordo se- xus e-tas condí- ti- o :

602260.

602260a.

Translatio sancti Thome martyris.



Nullo gaudet hic pri-vi- lé- gi- o. †To- ta.]²⁰¹

Lectio ij.

PE igitur pósteris véniat in dúbium que in translatióne ejus provenérunt : attendámus quo anno a passióne sua, quo die, quorum tempóribus, et quáliter gloriósi mártiris Thome corpus inclúsum,²⁰²


a loco húmili translátum sit in sublíme. Síngula vero²⁰³ bréviter percurréntes : ut hodiérne solennitátis contemplatióni ad honórem ipsius mártiris nobis diútius líceat immorári.²⁰⁴ Tu autem.

[1519:85v; 1520-S:31v; 1531:40v.²⁰⁵


602324. 2. Resp. II.



Ho- mas * ma- num mit- tit ad fór-




ti- a, Spernit dam- na sper-nit oppró- bri- a. †Nul-la




Tho- mam fran- git injú- ri- a.

602324a.



X. Cla- mat cunctis Tho-me constán- ti- a : Omne so-



lum est for-ti pá-tri- a. †Nul-la.

]²⁰⁶

Lectio iij.

Anno igitur quinquagesimo a pas-
sióne sua : translatio beatissimi
mártiris Thome est adimpléta.
Pensémus dilectissimi, mystéria anni
quinquagesimi. Annus quinquagésimus : annus jubiléus est. Jubiléus

autem remissiónis annus²⁰⁷ vel
remissívus interpretátur. Sicut enim
in lege, anno jubiléo fiébant
remissiones : sic et in anno jubiléo
translatiónis ipsíus mártiris ónera
penitentium remittuntur. Tu autem.


[R. iij. Jacet granum. ut supra ad primas vespertas. {731}. Et dicatur hic sine prosa : sive processio de sancto Thoma facta fuerit sive non.

¶ *In ij. nocturno.*

1519:86r; 1520-S:32r; 1531:40v.²⁰⁸

4. Ant.

IV.ii.




203229.



Ec in ag-nos * sús-ti-net lupos de-se- ví-re :



Nec in ortum ó-le-rum ví-ne- am tran- sí- re.



Ps. Cum invocárem. (iiij.) [i3].

1519:86r; 1520-S:32r; 1531:40v.

5. Ant.

V.i.

201738.



X-ú- lat * vir óptimus sa-cer et insíg- nis : Ne

Translatio sancti Thome martyris.



ce-dat ecclé- si- e díg- ni- tas in- dígnis. *Ps. Verba. (v.)*

[14].

1519:86r; 1520-S:32r; 1531:40v.


6. Ant.

VI.i.


201736.



X-u- lán-tis pré- di- a * pre- da sunt ma- líg-nis :



Sed in igne pó-si- tum non ex-ú- rit ig- nis.



Ps. Dómine Dóminus noster. (vijj.) [17].

]²⁰⁹

V. Posuísti Dómine super caput ejus. [694].

Lectio. iv.

ANde pius pater Honórius papa tértius in signum anni jubiléi accessúris ad translatiónis solennitátem beatíssimi Thome mártiris, annuátim de injúnctis penitentiis remissiónem talem indúlsit : qualem retroáctis tempóribus nusquam memínimus Romános pontífices aliquibus indulsisse. Unde non incóngrue dicat béatus martyr : quod dixit Redémptor noster, O vos omnes qui

laborátis et oneráti estis : veníte ad me, et ego refíciám vos. Et ut antíque possessiónes sicut et in lege ad antíquos possessóres redírent : constítuit predíctus pater, quod ecclésie in Anglia Románis vel extráneis colláte, post mortem eórum ad veros patrónos redírent. Dicámus ergo cum Prophéta, Elevátus est sol : et luna stetit in órdine suo. Tu autem.

Translatio sancti Thome martyris.

[1519:86r; 1520-S:32v; 1531:41r.]

4. Resp.

VI.



X summa * re- rum le-tí- ci- a Summus
 fit planc- tus in ecclé- si- a De tanti patró- ni ab-
 sé- ti- a. †Sed cum ré-de- unt mi-rá- cu- la : Re-dit
 pópu- lo le- tí- ci- a. ¶ Concúrrit tur-ba langui-
 dó- rum : Et conséqui-tur grá- ti- am be-ne-fi-ci- ó-rum.
 †Sed cum.

600814.

600814a.

]²¹⁰

Lectio v.

Ad memóriam étiam revocémus quod beatissimi mártiris Thome translátio : die Martis sit primo celebráta. Néscio enim quo rerum preságio, si tamen preságium pótius quam evéntus dici débeat : quedam

circa beátum mártirem diébus Martis speciáliter evenérunt. Ex quibus quedam : et si non ómnia, memórie commendémus. Beátus ígitur Thomas die Martis ab útero matris : quasi ad Martem in lucem procéssit. Die

Translatio sancti Thome martyris.

Martis sedérunt primo príncipes : et advérsus eum loquebántur. Actus est étiam die Martis in exílum. Die Martis appáruit ei Dóminus apud Pontiniácum : cum dixit,²¹¹ Thoma Thoma : ecclésia mea glorificábitur in sanguine tuo. Die étiam Martis : ab exílio revérsus est. Die étiam Martis : martyrii palmam adéptus est. Die étiam Martis : glorióse translátus est.

Die étiam Martis dilectíssimi : septem que jam díximus, non sine preságio provenérunt, ut qui diébus Martis pugnam sénserat et conflíctum, diébus Martis devíctis hóstibus gloriósum reportáret triúmphum. De istis septem intelligi potest : quod dicit Dóminus per Prophétam, Super lápidem unum : septem óculi sunt. Tu autem.

[1519:86v; 1520-S:32v; 1531:41r.]

5. Resp. VII.


601463.  Un-di * flor- rem a mundo cón- te- ri,

Rachel plo-rans jam ces- sa cón- que- ri. †Thomas ce-

sus dum da- tur fú- ne-ri : No-vus A- bel

601463a. succé- dit vé- te- ri. ⁊ Vox cru-ó- ris vox sparsi

cé-rebri : Ce-lum replet clamó-re cé-lebri. †Thomas.]²¹²



Lectio sexta.

[76v.] **B**éatus martyr est lapis ille quem reprobavérunt edificáentes : qui et factus est in caput ánguli. Quia sicut lapis anguláris duos paríetes ex divérso veniéntes conjúngit in unum : sic gloriósus martyr regnum et sacerdótium quasi ex advérso veniéntia,²¹³ per passiónem suam consentíre fecit in unum. Septem óculi sunt²¹⁴ illa septem : que diébus Martis ex dispositióne Spiritussáncti prove nérint. De quibus étiam intellígi

potest quod dícitur in Apocalípsi, quod Johánnes vidit Agnum tanquam occísum : habéntem córnua septem, et óculos septem. In hac ígitur translatióne tanti mártýris exultet in Dómino gens Anglórum univérsa : quam Rex celéstis speciáliter pre céteris insignívít, dum ex ea virum sine mácula preelégit, ut sit unus ex Anglicis inter ángelos constitútus, qui intercéssor sit pro salúte populórum. Tu autem.

[1519:86v; 1520-S:33r; 1531:41r.²¹⁵


6. Resp. VIII.  Hriste *Je- su per Tho- me vúl- ne-ra :

Que nos li- gant re- lá- xa scé- le-ra. †Ne cap-

tí- vos fe-rant ad ífe- ra Hos- tis mun- dus

vel car- nis ó- pe-ra. ¶ Per te


600346. 600346a.



Translatio sancti Thome martyris.



[41v.] Tho-ma post le-ve mú-ne-ra : Ample-xé- tur nos De-i



déx- te-ra. †Ne. *V.* Gló-ri- a Pa-tri et Fi- li-o : et



Spi- ri- tu- i Sanc-to. †Ne captí- vos.


¶ *In tertio nocturno.*

1519:87r; 1520-S:33r; 1531:41v.


204552. 7. Ant.
VII.iv.



Atha- ne * sa-tél- li-tes irrumpén-tes tem-



plum : In-audí- tum pérpetrant scé-le-ris ex-ém-plum.



Ps. In Dómino confido. (x.) [19].


1519:87r; 1520-S:33r; 1531:41v.

204771. 8. Ant.
VIII.i.




Tric- tis * Tho-mas énsi-bus ób-vi- am pro-cé- dit :

Translatio sancti Thome martyris.



Non mi-nis, non glá- di- is sed nec mor-ti ce- dit.



Ps. Dómine, quis hábitat. (xiiij.) [23].


1519:87r; 1520-S:33v; 1531:41v.²¹⁶

9. Ant.


I.v.




E- lix * lo-cus, fe-lix ecclé-si- a : In qua Thome




vi-get memó-ri- a : Fe-lix ter-ra que de-dit pré-su-lem :



Fe-lix il-la que fo-vit éx-u- lem : Fe-lix pa-ter suc-



cúrre mí-se-ris : Ut fe-lí- ces jungámur sú-pe-ris.



Ps. Dómine in virtúte. (xx.) [38].

XV. Justus ut palma.]²¹⁷ 357.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucum xix. [12-28.] [Lectio vij.]



IN illo témpore : Dixit Jesus dis-cípulis suis parábolam hanc. Ho-mo quidam nóbilis ábiit in régionem longínquam : accí-pere sibi regnum et revérti. Et réliqua.

Sermo ex Commentario venerabilis Bede presbyteri. super Lucam lib. 5.²¹⁸

Homo nóbilis ille est cui cecus supra clamábat, Fili David, miserére mei. Et cui veniénti Hierosólymam concinébant, Osánna Fílio David : benedíctus qui venit in nómine Dómini. Longínqua régio est ecclésia ex géntibus : de qua éidem

nóbili hómini qui lóquitur, Ego autem constitútus sum Rex ab eo : dícitur a Patre, Póstula a me et dabo tibi gentes hereditátem tuam : et possessióнем tuam térmilos terre. Que vidélicet heréditas et posséssio : bifária rátione régio longínqua vocátur. Vel quia a finibus terre clamat ad Dóminum : vel quia longe est a peccatóribus salus. Et cum Deus ubique sit presens : longe tamen ab eórum sensu qui ydóla colunt, verus Deus abest. Sed qui longe erant : facti sunt prope in sanguine Christi. Vocátis autem decem servis suis : dedit illis decem mnas. Denárius númerus ad legem pértinet : propter decalógum.

[1519:87v; 1520-S:33v; 1531:41v.²¹⁹

602322.

7. Resp.



I.

Ho- me *ce-

dunt et pa- rent óm-


ni- a :

Pes- tes, morbi, mors et demó-

ni- a.

†Ignis, a-

er, tel- lus, et má-



602322a.

ri- a. *V.* Thomas mundum replé-vit grá-ti- a :



Thome mun- dus pre-stat obsé- qui- a. †Ignis.

]²²⁰

Octava lectio et nona²²¹ legantur de proprietate sancti Thome.

Lectio viii.

Tanta multitúdo episcopórum, abbátum, et priórum, cómitum et barónum, dívitum, et páuperum apud Cantuáriam confluébat ut translatióni interéssent : quod ipsa cívitas et ville circunjacentes, eos vix cápere potuérunt. Adveniénte ígitur die translatióni prefixo : venerábiles patres Pandúlphus apostólice sedis legátus, Cantuariénsis et Reménsis archiepíscopi epíscopi²²² et abbátes ac nóbilis vir Hubértus de Burgo tunc justiciárius, cum comítibus et barónibus nonnúllis capsam predíctam super húmeros suscepérunt : in preséntia illústris Anglórum regis Henríci tértii, qui propter etátis


minórís imbecillitatē et tumúltum pópuli non suscépit cum eis deferéndam. Detulérunt ígitur super húmeros suos in conspéctu pópuli : cum lácrymis exultatiónis et hymnis jubilatiónis ante altáre sancte Trinitatis. Quam diligentíssime et securíssime collocavérunt²²³ sub ália capsa línea : auro et lapídibus preciósis incomparabíliter coopérta. Quicquid ígitur devotiónis et honóris tanto mártiri posset impartíri : non solum majóres : sed et minóres devotíssime impendérunt, quod de die supérerat in láudibus mártiris et leticia deducéntes.

Translatio sancti Thome martyris.

[1519:87v; 1520-S:34r; 1531:41v.²²⁴

8. Resp. VI.

601515.  O- vis * ful- get Tho- mas mi-rá-
 cu- lis Membris do- nat cas- trá-tos
 más- cu-lis. †Or- nat
 601515a. vi-su pri-vá- tos ó- cu-lis. *V.* Mundat lep-re
 conspérsos má-cu-lis, Solvit mor- tis li-gá- tos vín- cu-lis.
 †Ornat.]²²⁵



Lectio ix.

Beatíssimus ígitur martyr sue grátie solátia quasi vicem im-péndens, suis fidélibus non subtráxit. Signis enim miraculísque preábulis comitántibus et sequéntibus, totam sue translatiónis solennitátem ador-

návit, cecis ad visum, claudis ad gressum, mutis ad loquélam, mórtuis ad vitam restitútis. Gáudeant ígitur univérsi qui tante translatióni interésse meruérunt. Exúltet in Dómino gens Anglórum, quam Rex

celéstis speciálius céteris insignívit : dum ex ea virum sine mácula preelégit, ut sic unus ex Anglicis inter ángełos constitútus, intercéssor fieret pro salúte populórum. Magníficet étiam Dóminum et exultet in Dómino salútari suo spíritus sanc-tíssimi patris Stéphani Cantuariénsis archiepíscopi, qui tante translationis solennitátem et procurávit, et gloriósum dedúxit ad efféctum. Hec est dies fratres charíssimi quam fecit Dóminus : exultémus et letémur in ea. Tante diéi solennitátem dignis in Dómino láudibus venerémur : certi quod ad Dei glóriam in cujus nómine

translátus est pertíneat, quicquid tanto mártiri devotiónis impénditur²²⁶ vel honóris. Perácta est ígitur sanctíssima translátio precíosi [77r.] cóporis Thome in ecclésia Cantuariénsi : anno grátie millésimo ducentésimo decimonóno, nonis Júlia, hora quasi tértia, a passióne ipsius mártiris anno quinquagésimo. Glória omnipoténti Deo : qui talem exaltávit. Glória unigénito ejus²²⁷ Fílio : qui talem redémit. Glória Spirítui Sancto : qui talem sua grátia illuminávit. Uni soli vivo et vero Deo laus et gratiárum áctio : per infinítá séculórum amen.

[1519:88r; 1520-S:34r; 1531:42r]²²⁸

9. Resp.

II.



E- su * bo- ne per Tho- me mé-
 ri-ta, Nostra no- bis di- mít- te dé- bi-
 ta, Do-mum por- tam, se-púlchrum ví-si- ta. †Et
 a tri- na nos mor- te sús-ci- ta.

601270.

Translatio sancti Thome martyris.

601270a.

*V. Ac- tu mente vel u-su pérdi- ta : Pi- e-tá- te restáu-ra
só- li-ta. †Et a tri- na. V. Gló- ri- a Pa-tri et Fí- li-o :
et Spi-ri- tu- i Sanc to. †Et a tri- na.*

[*Ante laudes.*]

V. Ora pro nobis beáte Thoma. [530].

¶ *In laudibus.*

1519:88v; 1520-S:34v; 1531:42r.

202016.

1. Ant. I.v.

*Ra-num ca-dit * có-pi- am gér-mi-nat fruménti :
A-la-bástrum frángi- tur, fragrat vis unguénti.*

Ps. Dóminus regnávit. (xcij.) [45].

Translatio sancti Thome martyris.

1519:88v; 1520-S:34v; 1531:42r.

2. Ant.



II.i.

O-tus or-bis * mártý- ris certat in amó- rem : Cu-jus
sig-na sín-gu-los a- gunt in stupó-rem. Ps. Jubiláte Deo. (xcix.)
[46].

1519:88v; 1520-S:34v; 1531:42r.

3. Ant.



III.iv.

- qua * Tho- me quínqui- es vá-ri- ans co- ló-
rem : In lac semel trán-si- it, qua-ter in cru- ó-rem.

Ps. Deus Deus. (lxij.) [47].

1519:88v; 1520-S:34v; 1531:42r.

4. Ant.



VI.


D Tho- me * me-mó-ri- am qua-ter lux de-
scéndit : Et in sancti gló-ri- am cé-re- os accén- dit.

204932.

200355.

200111.

Translatio sancti Thome martyris.




Ps. Benedícite. (Daniel iij.) [48].

1519:88v; 1520-S:35r; 1531:42r.

204990. 5. Ant. VIII.i.

U per Thome * sanguinem quem pro te impéndit :



Ps. Laudáte Dóminum. (cxlviiij.) [Ec.] [49].

Capitulum. Omnis póntifex. in communi. [729].

Hymnus. Deus tuórum mílitum. in communi. [712].

V. Justus germinábit sicut lílum. [723].


1519:89r; 1531:42r.

203689. Ant. VI.i.


pem * no- bis o Thoma pór- ri-ge,

Re-ge stan-tes ja-cén-tes é- ri-ge : Mo-res ac-tus et vi- tam

Translatio sancti Thome martyris.



córri-ge, Et in pa- cis nos vi- am dí- ri-ge.



Ps. Benedíctus. 63.*

[*Oratio. Deus qui nobis beáti Thomas mártiris.*]. {733}.

Memoria de sancta Maria.

¶ *Ad j.*

Ant. Granum cadit. j. de laudibus. {748}.

Ps. Deus in nómine tuo. (lij.) [95].

¶ *Ad iij.*

Ant. Totus orbis. ij. de laudibus. {749}.

Ps. Legem pone michi. (cxvij. iij.) [132].

Capitula, R̄. et V̄. de communi unius martyris et pontificis sine Allelúya. ad omnes horas dicantur. [725].

¶ *Ad vj.*

Ant. Aqua Thome. {749}.

Ps. Defécit. (cxvij. vj.) [141].

¶ *Ad ix.*

Ant. Tu per Thome sanguinem. {750}.

*Ps. Mirabília. (cxvij. ix.)]*²²⁹ [150].

¶ *Ad secundas vespertas.*

Super psalmos ant. Granum cadit. {748}.

Psalmi feriales.

Translatio sancti Thome martyris.

Capitulum. Omnis póntifex. [729].

R. Jesu bone. {747}.

Hymnus. Deus tuórum mílitum. [714].

V. Justus germinábit. [723].

[AS:73; 1519:89v; 1531:42r.²³⁰

204370. Ant. I.v.

Al-ve * Thoma vir-ga justí- ci- e : Mundi ju-bar
robur ecclé- si- e, Ple-bis a-mor cle- ri de-lí- ci- e :
Sal-ve gre- gis tu- tor egré- gi- e, Sal-va tu- e gau-déntes
gló-ri- e. Ps. Magníficat. 53*.

]²³¹

Oratio. Deus qui nobis. *ut supra.* {733}.

In Festum reliquiarum.

INotandum est quod semper in proxima dominica post festum translationis sancti Thome martyris celebratur festum reliquiarum secundum usum Sarum ecclesie : quod nuper celebratum fuerat in octava die nativitatis beate Marie et est celebrandum sub majori duplice festo, ubicunque reliquie habentur vel corpora mortuorum sunt humata : quia licet sancta ecclesia et clericci in eorum laude nihil²³² solennizent : tamen cuius honoris sunt apud Deum nescitur.

In festum reliquiarum.²³³

Ad primas vespertas.

AS:536; 1520-S:35v; 1531-S:77r.

1. Ant.

I.v.

Ancti per fi-dem * vi-cé-runt regna, ope-rá-ti
sunt justí-ci-am, a-dép-ti sunt promis-si-ónes.

Ps. Laudáte púeri. (cxij.) [313].

AS:536; 1520-S:35v; 1531-S:77r.

2. Ant.

I.i.

S-ti sunt sancti * qui pro De-i amó-re mi-nas
hómi-num contempse-runt : sancti márt-y-res in regnum e-

In Festum reliquiarum.

Musical notation for the hymn 'In Festum reliquiarum.' on four-line red staves. The notation consists of black square neumes. The lyrics are:

térnum ex-últant cum ánge-lis : o quam pre-ci- ó-sa
est mors sanctó-rum qui assí-du-e assís-tunt ante
Dómi-num et ab ínvi- cem non sunt se-pa-rá-ti.

Ps. Laudáte Dóminum omnes gentes. (cxvj.) [320].

AS:536; 1520-S:35v; 1531-S:77r.

3. Ant.
VIII.i.

1212. 

Bstérget * De-us omnem láchrimam ab ó-cu-lis
sanctó-rum : et jam non e- rit ámpli- us ne-que luc-tus neque
cla-mor, sed nec ul-lus do-lor : quó-ni- am pri- ó- ra
transi- é-runt. *Ps. Lauda ánima. (cxlv.) [354].*

In Festum reliquiarum.

AS:536; 1520-S:36r; 1531-S:77r.

4. Ant.

IV.i.



4768.

Anctum * est ve-rum lu-men et admi-rá-bi-le
mi-nístrans lu-cem his qui permansé- runt in a-góne
cer-tá-mi-nis : re-cí-pi- ent a Chris-to splendó- rem
sempi- té-rum in quo assí-du- e fe-lí-ces le- tán-tur.

Ps. Laudáte Dóminum quóniam bonus. (*cxlvj.*) [355].

AS:537; 1520-S:36r; 1531-S:77r.

5. Ant.

VI.




2927.

Audent in ce- lis * á-ni-me sanctó- rum qui Chris-
ti vestí- gi- a sunt se- cù-ti : et qui- a pro e- jus amó-re

In Festum reliquiarum.



sángui-nem su- um fu- dé-runt : í-de-o cum Chris-to reg-



ná-bunt in e- térum. Ps. Lauda Hierúsalem Dóminum.

(cxlvij.) [356].

Capitulum. (Ecclesiastici xlivij. [10.])


Li sunt viri misericórdie quorum
justicie obliviónem non acce- manent bona : heréditas sancta
pérunt, cum sémine eórum pér- nepótes eórum.

AS:537; 1520-S:36v; 1531-S:77r.²³⁴


Resp.
VII.
sar0640.



Us- ti * in per- pé-tu-um vi- vent, et a-



pud Dó-mi-num est merces e-ó- rum. †Et co-gi- tá-ti-




o e-ó- rum. ‡Apud Altís- si-mum.

sar0640a.



¶. I-de-o accí-pi- ent regnum de-có-ris : et di- a-dé-



ma spe-ci- é- i de ma-nu Dó-mi-ni. †Et.

In Festum reliquiarum.

V. Gló-ri- a laus et honor de-cus po-tés-tas et ju-bi-lá-
ti- o : Pa-tri ac Na- to et Spi-rí- tu- i Sancto. ‡Apud.

Hymnus. Sanctórum méritis. In communi. [739].

V. Letámini [in Dómino et exultáte justi].²³⁵ [748].

AS:537; 1520-S:36v; 1531-S:77r.

Ant.
I.iv.  2907.

Ul-gé-bunt jus-ti * et tanquam scin-tíl- le in
a- rundi-né- to dis-cúrrent, ju-di-cá-bunt na-ti- ónes
et regná-bunt in e-térnum. V. Magníficat. 53*.

[V.] [Orémus.]²³⁶

Oratio.

PResta quésumus omnípotens Deus, ut sancte Dei génitricis sempérque vírginis Maríe et sanctórum tuórum quorum relíquie in hac

continéntur ecclésia nos prótegant mérita : quátinus eórum précibus tranquilla pace in tua júgiter laude letémur. Per eúndem.


Quodcunque festum trium lectionum hac die contigerit nulla fiat memoria de eo.

In Festum reliquiarum.


¶ *Ad completorium.*

AS:538; 1520-S:37r; 1531-S:77r.

4763. Ant.
VIII.i.



Anctó-rum * pré-ci-bus cunctó-rum redde sa-
lú-tem córpo-ris et á-nime Christe tu- is fámu-lis.



Ps. Cum invocárem. (iiij.) [362].


Capitulum. Tu in nobis. [364].

*Hymnus. Salvátor [mundi Dómine].*²³⁷ [369].

V. Custódi nos. [367].

AS:287; 1519-P:148v, 149r; 1520:3r; 1520-S:37r; 1531-P:46r.²³⁸

sar0075. Ant.
IV.ii.



Ucem tu- am * Dómi-ne no-bis concé-de ut
desti- tú-tis córdi- um té-nebris perve-ní- re póssi-mus
ad lumen qui est Christus. *Ps. Nunc dimíttis.* [367].

In Festum reliquiarum.

¶ *Ad matutinas.*

AS:538; 1520-S:37r; 1531-S:77r.²³⁹

Invit.
VI.i.



E-ní- te * a-do-rémus Dó- mi- num. †Qui in

1173.

sanctis glo-ri- ó-sus est. Ps. Ve- ní- te. 30*.

Hymnus. Sanctórum méritis. [742].

¶ *In j. nocturno.*

AS:538; 1520-S:37r; 1531-S:77r.

1. Ant.

IV.i.



E-cus de-cúrsus * aquá-rum plantá-vit ví-ne- am jus-

4847.

tó-rum : sed in le-ge Dómi-ni fu- it vo-lúntas e- ó-rum.

Ps. Beátus vir. (j.) [12].

AS:538; 1520-S:37r; 1531-S:77r.

2. Ant.

VII.ii.



Anquam aurum in forná-ce * plantá-vit e-léc-tos

5100.

In Festum reliquiarum.



Dómi-nus : et qua-si ho-lo-cáusta accé-pit il-los in
e-térnum. *Ps. Quare fremuérunt. (ij.) [12].*

AS:538; 1520-S:37v; 1531-S:77r.

3. Ant.
VII.ii.

4881. 

I co-ram homí-ni-bus * torménta passi sunt :
spes e-lectó-rum est immortá-lis in e-térnum.

Ps. In Dómino confido. (x.) [19].

V. Letámini in Dómino et exultáte [justi].²⁴⁰ [748].

*Lectio j. Aug, ser. 37. de sanctis.*²⁴¹

Kodie dilectíssimi, ómnium
sanctórum quorum relíquie
in hac continéntur ecclésia,
sub una solennítatís letícia celebrámus
festivitatétem : quorum societátē²⁴²
celum exúltat, quorum patrocíniis
terra letátur, quorum triúmphis
ecclésia sancta coronátur, quorum
conféssio quanto²⁴³ in passióne
fórtior, tanto est clárior in honóre.

Quia dum crevit pugna, crevit et
pugnántium glória : et martyrii [77v.]
triúmphus, multíplici passiónum
adornátur supplício. Perque²⁴⁴
gravióra torménta, grandióra fúere et
prémia, dum cathólica mater ecclésia
per totum orbem longe latéque
diffusa, in ipso suo cápite Jesu Christo
edócta est contumélias crucis et
mortem non timére, magisque

In Festum reliquiarum.

roboráta non resisténdo, sed
perferéndo, cum univérsos quos
ágmine ínclito carcer penális inclúsit,
pari et símili calóre virtútis ad

geréndum certámen glória
triumphális inspirávit. Tu [autem
Dómine miserére nostri].²⁴⁵

AS:538; 1520-S:37v; 1531-S:77v.²⁴⁶

1. Resp.

VIII.



Bstér- get * De- us omnem lá-chry-mam ab
 ó-cu-lis sanc-tó- rum : et jam non e-rit ampli-
 us neque luc-tus ne-que cla-mor : sed nec ul-lus
 do- lor. †Quó-ni- am pri- ó- ra transi- é- runt. // Non
 e-sú-ri- ent neque sí- ti- ent ampli- us : et non
 ca-det su-per il-los sol neque ul-lus es- tus.
 //
 †Quó-ni- am.

6013.

6013b.

Lectio ij.

Vere beáta mater ecclésia : quam sic honor divíne dignatiónis illúminat, quam vincéntium gloriósus mártyrum sanguis exórnat, quam invioláte confessiónis cándida índuit virgínitas. Flóribus ejus nec rose nec lília desunt.²⁴⁷ Certent nunc

charíssimi sínguli ad utrósque honóres, ut amplíssimam accípiant dignitátem : corónas vel de virginítate cándidas, vel de passióne purpúreas. In celéstibus castris pax et ácies habent flores suos : quibus mílités Christi coronántur.

AS:539; 1520-S:38r; 1531-S:77v.²⁴⁸

2. Resp.

6703.



VII.

X-ul-tá-bunt * sanc-ti in gló-ri- a. †Le-ta-bún-

6703c.

tur in cu-bí- li-bus su- is. ⁊ Epu-lén-

tur et ex-úl- tent in con-spéc-tu De- i.

†Le-ta-bún-tur.

Lectio iij.

DEi enim ineffabilis et imménsa bónitas étiam²⁴⁹ prévidit, ut labórum quidem tempus et agónis non exténderet, nec longum fáceret aut etérnum, sed breve et ut ita dicam momentáneum : ut in hac brevi et

exígua vita agónes essent et labóres, in illa vero que etérrna est, coróna et prémia meritórum, ut labóres quidem²⁵⁰ cito finiréntur : meritórum vere prémia sine fine durárent, ut post hujus mundi ténebras visúri essent

In Festum reliquiarum.

candidíssimam lucem, et acceptúri majórem passiónum cunctárum acerbitátibus beatitúdinem, testánte hoc apóstolo ubi ait, Non sunt condígne passiónes hujus témporis :

ad futúram glóriam que revelábitur in nobis. Quam leto sinu de prélio reverténtes celéstis excépit letícia : de hoste prostráto trophéa feréntibus occúrrit.

3. *R. Justi in perpétuum. in communi.*²⁵¹ [855].

¶ In secundo nocturno.

AS:539; 1520-S:38r; 1531-S:77v.


4. Ant.

VIII.i.



2095.

Abo sanctis me- is * lo-cum nomi-ná-tum in regno



Pa-tris me- i di-cit Dómi-nus. Ps. Dómine quis habitábit.

(xiiij.) [23].

AS:539; 1520-S:38r; 1531-S:77v.

5. Ant.

IV.i.



4751.

Anctis qui in terra * sunt e-jus mi-ri-fi-cá-vit omnes



vo-luntá-tes me- as inter il-los. Ps. Consérva me. (xv.) [25].

AS:539; 1520-S:38r; 1531-S:77v.

6. Ant.
IV.iii.
4734. 

Ancti * qui spe-rant in Dómi-no ha-bé-bunt fort-i-
tú-di-nem : assúment pennas ut a-qúi-le, vo-lá-bunt et
non de-fi-ci- ent. *Ps. Dómini est terra. (xxij.) [93].*



XV. Exultent justi [in conspéctu Dei].²⁵² [195].

Lectio iiij.

Cum triumphántibus viris et fémine véniant, que cum século sexum quoque vicérunt : et gemináta glória milítie vírgines cum púeris, téneros annos virtútibus transeúntes. Sed et cétera fidélium turba aule perpétue régiam intrávit : qui sinceritátem fidei inconcússis preceptórum celéstium disciplínis, únita pace observavérunt. Ergo agíte nunc frátres, aggrediámur iter vite : revertámur ad civitátem celéstem, in qua scripti sumus et cives decreti. Non

sumus hóspites, sed cives sanctórum et doméstici Dei : étiam illíus herédes, coherédes autem Christi. Hujus nobis urbis jánuas apériet fortitúdo : et fidúcia latum prebébit ingréssum. Considerémus ergo íclitam illíus urbis felicitátem : inquán-tum consideráre possíble est. Ut enim vere est : comprehéndere nullus sermo sufficiet. Dícitur de ea in quodam loco sic : quod aufúgiet ibi dolor, et tristícia, et gémitus.

In Festum reliquiarum.

AS:539; 1520-S:38r; 1531-S:77v.²⁵³

4. Resp.

III.



E-tá- mi- ni * jus-ti et ex-ultá- te in Dó-
 mi- no. †Et glo- ri- ámi- ni omnes rec-
 ti cor- de. XV. Cantá- te e- i cánti-cum no-
 vum : be-ne psál-li-te e- i in vo-ci-fe- ra- ti- ó- ne.
 †Et glo- ri- ámi- ni.

7066.
7066a.

Lectio v.

Quid hac vita beátius ubi non paupertatis metus, non egritudinis imbecillitas? Nemo léditur, nemo irásctitur, nemo ívidet: cupíditas nulla exardéscit. Nullum cibi desiderium: nulla honóris pulsat, aut potestatis ambítio. Nullus ibi dyáboli metus, insídie demónum nulle: terror gehénne procul. Mors neque córporis neque ánime: sed glória immortalitatis múnere jocúnda.

Nulla erit tunc usquam discordia, sed cuncta cónsona, cuncta conveniéntia: quia ómnium sanctórum una concórdia, pax cuncta, et letícia contínua. Tranquílla sunt ómnia et quiéta. Jugis splendor, non iste qui²⁵⁴ nunc est: sed tanto clárior, quanto felícior. Quia cívitas, ut légitur illa non egébit lúmine solis: sed [78r.] Dóminus omnípotens illuminábit eam, et lucérna ejus est²⁵⁵ Agnus.

Ubi sancti fulgébunt ut stelle in
perpétuas eternitátes : et sicut
splendor firmaménti qui erúdiunt
multos.²⁵⁶ Quápropter nox ibi nulla,
nulle ténebre, concúrsus núbium
nullus, nec frigóris, ardóris ve
aspéritas ulla : sed talis quadam erit
rerum tempéries quam nec óculus
vidit, nec auris audívit, nec in cor
hóminis ascéndit, nisi illórum qui ea

pérfrui digni inveniúntur, quorum
nómina scripta sunt in libro vite, qui
et lavérunt stolas suas in sanguine
Agni, et sunt ante sedem Dei,
serviúntque ei die ac nocte. Non est
senéctus ibi, neque senectútis²⁵⁷
miséria : dum omnes occúrrunt in
virum perféctum, in mensúram etátis
plenitúdinis Christi.

AS:540; 1520-S:38v; 1531-S:78r.²⁵⁸

5. Resp.
VII.


7592.  Ancti tu- i * Dó-mi- ne mi-rá- bi- le con-

se-cú- ti sunt i- ter servi- éntes pre-cép-tis

tu- is ut inve-ni-réntur il-lé- si. †In a-quis

vá- li- dis terra appá-ru- it á-ri- da et in ma-ri

7592b. Rub- ro vi- a si-ne impe-di- mén- to.  Víctri-



In Festum reliquiarum.

The musical notation consists of three staves of square neumes on a four-line staff system. The lyrics are written below the staves:

cem ma-num tu-am lauda-vé-runt pá-ri- ter : et de-
canta-vé-runt Dómi-ne nomen sanctum tu- um.
†In a-quis.

Lectio vj.

Verum super hec ómnia est consociári angelórum et archangelórum céribus, thronis étiam et dominatiónibus, principátibus et potestáribus, omniúmque celéstium supernarúmque virtútum contubérniis pérfrui : et intuéri ágmina sanctórum splendídius sidéribus micántia, patriarchárum fide fulgéntia, prophetárum spe letántia, apostolórum in duódecim tríbubus Israel orbem judicántis, mártirum purpúreis victórie corónis lucéntia, vírginum quoque choros candéntia serta gestántes inspicere. De Rege autem qui horum médius résidet : dícere vox nulla sufficiet.²⁵⁹ Effúgit enim omnem sermónen, atque omnem sensum, humáne mentis excédit decus illud : illa pulchritúdo, illa virtus, illa glória, illa magnificéntia, illa majéstas. Ultra

enim ómnium sanctórum est glóriam ipsius inestimábilem adipíisci conspéctum, et splendóre majestátis ejus irradiári. Si enim quotídie opórteret nos torménta perférre, si ipsam gehénnam parvo témpore toleráre ut Christum vidére possémus in glóriam veniéntem, et sanctórum ejus número sociári : nonne erat dignum pati omne quod triste est, ut tanti boni tantéque glórie partícipes haberémur ? Que erit illa fratres charíssimi justórum glória, quam grandis sanctórum letícia, cum unaquáque fácies fulgébit ut sol, cum ordínibus distínguis pólulum suum Dóminus in regnum Patris sui céperit recensére, et méritis atque opéribus singulórum prémia promíssa restitúere, pro terrénis celéstia, pro temporálibus sempítéra, pro módicis magna

prestáre, addúcere sanctos in visiónem patérne glorié, et fácere in celéstibus consédere, ut sit Deus ómnia in ómnibus eternitatémque amatóribus suis et immortalitátē largíri, ad quam eos sanguinis sui vivificatióne reparávit, dénuo ad paradísum redúcere, regna celórum fide et veritáte sue pollicitatiónis aperíre ? Hec héreant firmiter sénsibus nostris, hec intelligántur plena fide, hec corde toto diligántur : hec indesinéntium óperum magnanimitáte acquirántur. Res pósita est in potestáte faciéntis : quia regnum celórum vim pátitur.

Res ista o homo, id est regnum celéste : áliud non querit préciúm nisi teípsum. Tanti valet quantum es tu. Da te : et habébis illam. Quid turbáris de précio ? Christus seme-típsum trádidit : ut acquíreret te regnum Deo Patri. Ita et tu teípsum da : ut sis regnum ejus, ac non regnet peccátum in mortáli tuo córpore, sed Spíritus in acquisitióne vite. Ad hanc ígitur óperum salutárium delectétur palmam, quicúnque desíderat habére prémia re promíssa, in éterna séculórum amen.

AS:540; 1520-S:38v; 1531-S:78r.²⁶⁰

6. Resp.

II.


6891. 

N circú- i-tu * tu-o Dó-mi-ne lu-men est


quod nunquam de-fí-ci- et. †U-bi consti- tu- ís-ti lu-ci-

díssimas mansi- ó-nes. ‡I- bi requi- és-cunt sanctó-rum


6891b. á- nime. ¶ Lux perpé- tu-a lu-cé-bit



In Festum reliquiarum.



sanctis tu- is Dómi- ne : et e-térni- tas tém-po- rum.




†U-bi. *XV. Gló- ri- a. 93**. †I- bi requi- és-cunt.

I In iij. nocturno.

AS:540; 1520-S:39r; 1531-S:78r.


7. Ant.

IV.i.



3534.

Usti au-tem * in perpé-tu-um vi-vent : et a-pud



Dómi-num est merces e-ó-rum. *Ps. Exultáte justi. (xxxij.) [165]*.

AS:541; 1520-S:39r; 1531-S:78r.

8. Ant.

VIII.i.




sar0118.

Ra-di-dé- runt * córpo-ra su-a propter De-um ad



supplí-ci- a : ut hé-re-des fí- e-rent in domo Dómi-ni.



Ps. Benedícam. (xxxij.) [166].

AS:305, 541, 570, 660; 1520-S:39r, 147v; 1531-S:78r.²⁶¹

9. Ant.
VI.

4063.



quam glo-ri- ó-sum * est regnum in quo cum
 Chris-to gaudent omnes sancti a-míc-ti sto-lis al- bis se-
 quúntur Agnum quodcúnque í- e-rit. Ps. Quam dilécta.
 (lxxxij.) [267].

V. Justórum ámine in manu Dei sunt. 426.

Secundum Matheum v. [1-12.] Lectio vij.

[78v.]



IN illo témpore :
 Videns turbas
 Jesus : ascéndit in
 montem. Et cum
 sedísset : accessé-
 runt ad eum discí-
 puli ejus. Et relíqua.

*Omelia venerabilis Bede presbyteri.
 Augustini libro I. de sermone Domini in
 monte, capitulo I.²⁶²*

Alons in quo sedet Dóminus
 mýstice signíficat majóra pre-
 cépta justície : quia minóra erant que
 Judéis data sunt. Unus tamen Deus
 per sanctos prophétas et fámulos suos
 secúndum ordinatíssimam distribu-
 tionem témporum dedit minóra

precépta pólupo quem timóre adhuc
 alligári oportébat : et per Fílium
 suum majóra pólupo quem charítate
 jam liberári convénerat. Cum autem
 minóra minóribus, majóra majóribus
 dantur²⁶³ : ab eo dantur, qui solus
 novit congruéntem géneri humáne
 exhibere medicínam. Sedens autem
 docet : quod pértinet ad dignitaté
 magistérii. Et accessérunt ad eum
 discípuli ejus : ut audiéndis verbis
 illíus hi essent étiam córpore
 vicinóres, qui precéptis impléndis
 étiam ánimo propinquábant.²⁶⁴
 Mýstice étiam séssio Dómini
 incarnátio ejus est : quia nisi
 Dominus incarnátus esset, humánum

In Festum reliquiarum.

genus accédere ad eum non potuisset.

AS:541; 1520-S:39v; 1531-S:78v.²⁶⁵

7. Resp.

I.



Or-po-ra * sanctó- rum in pa-ce se-púlta

6344.

sunt. †Et vi-vent nómi-na e-ó- rum in ge- ne- ra-ti- ó-

6344za.

ne et ge-ne- ra- ti- ó- nem. ⁊ Sa-pi- énci- am

sanctó-rum narrá-bunt omnes pópu- li : et laudem e-ó-rum

pro-núnci- at omnis ecclé-si- a sanctó- rum. †Et vi-vent.

Lectio viij.

Accessérunt autem discípuli, non tantum loco sed étiam fide et devotione : ut suscíperent pacem pópulo suo. Nisi enim illi accessíssent : sánitas ad nos non venísset. Et apériens os suum : docébat eos.²⁶⁶ Non vacat quod nunc eum dictum est aperuísse os suum : qui in lege véteri aperíre solébat ora prophetárum. Per

os quoque, verus designátur homo. Quod autem dicit, docébat eos : per auctoritátem doctríne divínam osténdit natúram, que humánam in se suscípere dignáta est formam, per quam dóceret. Beáti páuperes spíritu : quóniam ipsórum est regínam celórum. Ne quis putáret paupertátem, que nonnúnquam necessitátem

pátitur a Dómino predicári : adjúnxit spíritu, ut humilitátem intelligerémus non penúriam. Beáti mites : quóniam ipsi possidébunt terram. Non terram Judée, nec terram hujus mundi, nec terram maledíctam spinas et tríbulos afferéntem, quam crudelíssimus qui-sque et bellátor²⁶⁷ magis póssidet :

sed terram quam Psalmísta desíderat dicens, Credo vidére bona Dómini : in regióne vivórum. Beáti qui lugent : quóniam ipsi consolabúntur. Luctus hic non mortuórum pónitur com-múni lege natúre : sed peccátis et víciis mortuórum.

AS:541; 1520-S:39v; 1531-S:78v.²⁶⁸

8. Resp.

I.

7440.  Rop-ter tes-tamén-tum * Dómi-ni et le-ges pa-

tér- nas sancti De-i persisté- runt in amó- re fra-ter-ni-

tá- tis. †Qui- a u- nus semper fi- unt spí-ri-tus in e-

7440b. is et u- na fi- des. ¶ Fu- é-runt si-ne que-

ré-la ante Dómi- num : et ab-ínvi-cem non sunt se-pa-

rá- ti. †Qui- a u- nus.



Lectio ix.

Béati qui esúriunt et sítiunt justícam : quóniam ipsi saturabúntur. Non²⁶⁹ súfficit velle jus-tícam, nisi justície patiámur famem : ut sub hoc exémplo nunquam nos satis justos, sed semper sitíre justície ópera intelligámus. Beáti miseri-córdes : quóniam ipsi misericórdiam consequéntur. Misericórdia enim²⁷⁰ non solum in elemósynis intellígitur : sed in omni peccáto fratris, si altérius ónera ut nostra²⁷¹ portémus, si ínscum doceámus, si errántem corrigámus. Misericórdia enim non solum in donis corporálibus : sed étiam in animábus sanándis exercénda est. Beáti mundo corde : quóniam ipsi Deum vidébunt. Mundi corde sunt : quos non árguit ulla consciéntia

peccáti. Nam mundus mundo corde conspícitur : sicut scriptum est, In simplicitáte cordis quérите illum. Hec enim est mundum cor : quod est simplex cor. Beáti pacífici : quóniam filii Dei vocabúntur. Pacífici illi rite vocántur, qui primum in corde suo : deínde inter fratres dissidéntes pacem fáciunt. Quid enim prodest per te álios pacári, cum in tuo ánimo sint²⁷² bella viciórum ? Beáti qui persecútiónem patiúntur propter justícam : quóniam ipsórum est regnum celórum. Signánter áddidit propter justícam : multi enim propter sua peccáta²⁷³ patiúntur persecútiónem, et non sunt justi. Simúlque considera [79r.] quod octáva vere circuncisiónis beatitúdo : martýrio terminátur.

AS:542; 1520-S:39v; 1531-S:79r.²⁷⁴

9. Resp. I.

Oncé-de * no-bis Dó- mi-ne qué- su-mus vé- ni- am de- licto- rum : et interce-dén-

6305.

In Festum reliquiarum.

ti-bus sanctis quo-rum hó- di- e so-lénni- a ce-le-
brá- mus. †Ta-lem no-bis trí-bu- e de- vo- ti- ó- nem.
‡Ut ad e-ó-rum per- ve-ní- re me-re- á- mur
6305a. so- ci- e- tá-tem. ⁊Adjú-vent nos e-ó-rum mé-ri-
ta quos própri- a impé-di- unt scé-le- ra, excú-
set intercéssi- o accú-sat quos ácti- o : et qui e- is
tri-bu- ís- ti ce-lés-tis pal- mam tri- úmphi, no- bis
vé-ni- am non dé-ne-ges pec- cá-ti. †Ta-lem.

In Festum reliquiarum.

V. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i
Sancto. ¶ Ut ad.

[*Ante Laudes.*]

V. Justi autem in perpétuum vivent.

8112.

[R.] Et apud Dóminum [eat merces eórum].²⁷⁵

¶ *In laudibus.*

AS:542; 1520-S:40r; 1531-S:79r.

1. Ant.

VII.ii.



3539.

Ustó-rum autem á-nime * in ma-nu De- i sunt : et non

tanget il-los torméntum ma-lí-ci- e.

Ps. Dóminus regnávit.

(xcij.) [45].

AS:543, 648; 1520-S:40v; 1531-S:79r.²⁷⁶

2. Ant.

VIII.i.




2021.

Um palma * ad regna perve-né-runt sancti,

ró- nas de-có-ris me-ru- é-runt de ma-nu Dómi-ni.

In Festum reliquiarum.



Ps. Jubiláte Deo. (xcix.) [46].

AS:543; 1520-S:40v; 1531-S:79r.

3. Ant.
I.i.

1935.

Orpo-ra sanctó-rum * in pa- ce se-púl-ta sunt : et
vi-ventnómi-na e-ó-rum in e- térum. *Ps. Deus Deus meus.*
(lxij.) [47].

AS:543; 1520-S:40v; 1531-S:79r.

4. Ant.
T. Per.

3717.

Arty-res Dómi-ni * Dómi-num be-ne-dí-ci-te
in e-térum. *Ps. Benedícite ómnia. (Daniel iij.) [48].*

AS:543; 1520-S:40v; 1531-S:79r.²⁷⁷

5. Ant.
IV.i.

2812.

X-ultá-bunt sancti in gló-ri- a : le-ta-búntur in
cu-bí-li-bus su- is. *Ps. Laudáte Dóminum de celis. (cxlvij.) [49].*

In Festum reliquiarum.

Capitulum. Hi sunt viri misericordie. {756}.

Hymnus. Rex gloriouse martyrum. *in communi.* [771].

V. Mirabilis Deus. [192].

AS:543; 1520-S:40v; 1531-S:79r.

Ant.

VII.i.



5118.

Musical notation for the Antiphon 'E glorioso sus apostolorum chorus, te pro' in four-line red neumes on a black staff. The notation consists of four staves of music, each with a different melodic line. The lyrics are written below the staves, corresponding to the musical phrases. The notation is in common time, with various note values indicated by the neumes.

E glo-ri- ó-sus * a-po-sto-ló-rum cho-rus, te pro-

phe-tá-rum lau-dá-bi-lis núme-rus, te márt-y-rum candi-

dá-tus lau-dat ex- érci-tus, te omnes e-léc-ti vo-ce

confi-tén-tur u-ná-nimes be- á-ta Trí-ni-tas u-nus De-us.

Ps. Benedictus. 65.*

Oratio. Presta quésumus. *ut supra.* {757}.

¶ *Ad primam.*

Ant. Justorum autem ámine. *j. de laudibus.* {775}.

Ps. Deus in nómine. (*lij.*) [95].

¶ *Ad iij.*

Ant. Cum palma. *ij. de laudibus.* {776}.

{777}

Ps. Legem pone. (cxvij. 33.) [132].

Capitulum. Hi sunt viri misericordie. ut supra. {756}.

Responsoria et versus de communi plurimorum martyrum ad omnes horas dicantur. [780].

¶ Ad vj.

Ant. Córpora sanctórum. iij. de laudibus. {776}.

Ps. Defécit in salutáre. (cxvij. 81.) [141].

Capitulum. (Ecclesiastici xlivij. [15.])

Sapiéntiam sanctórum narrábunt | eórum pronúnciat omnis ecclésia
omnes pópuli : et laudem | sanctórum.

¶ Ad ix.

Ant. Exultábunt. v. de laudibus. {777}.

Ps. Mirabília testimónia. (cxvij. 129.) [150].

Capitulum. (Ecclesiastici xlivij. [14.])

Corpore sanctórum in pace | eórum in etérnum.
sepulta sunt : et vivent nómina

¶ Ad secundas vesperas.

Ant. Justórum autem ámine. j. de laudibus. {775}.

Psalmi. Confitébor. (cx.). [312].

Crédidi propter. (cxv.). [320].

In converténdo. (cxxvi.). [328].

Eripe me. ij. (cxxxi.). [346].

Lauda Hierúsalem. (cxlvij.) [356].

Capitulum. Hi sunt viri misericordie. {756}.

R. In circúitu tuo. in communi. [768].

Hymnus. Rex glorióse mártirum. in communi. [772].

V. Mirábilis Deus. [192].

In Festum reliquiarum.

AS:543; 1520-S:41r; 1531-S:79r.²⁷⁸

Ant. I.v. 4689.

Alvá-tor * mundi salva nos omnes, sancta

De- i gé-ni-trix virgo semper Ma-rí- a o- ra pro no-bis

pré- ci-bus quoque sanctó- rum a-posto-ló-rum márt-yrum,

et confessó- rum atque sanctá- rum vírgi-num supplí-ci-ter

pé- timus, ut a ma- lis ómni-bus ex-u- á-mur, bo-nís-

que ómni-bus nunc et semper pér-fru- i me-re- ámur.

Ps. Magnificat. 53.*

Oratio ut supra. {757}.

Completorium ut supra. {758}.

Quodcunque festum ix. lectionum hac die contigerit differatur in crastinum : et non fiat de talibus festis memoria ad secundas vespertas de reliquiis in audientia, nec etiam si talia in secunda feria evenerint : nisi sit duplex festum. Si vero aliquod festum majus duplex : ut dedicatio ecclesie, vel festum loci, in secunda feria contigerit : de eis fiant novem lectiones, vespere in dominica de eis erunt, et solennis memoria de reliquiis.

Si aliquod festum trium lectionum hac die contigerit, nichil de eo fiat neque sub silentio, neque in audientia quod observetur in omnibus majoribus duplicitibus festis.

Quotidie infra octavas et in octava fiat memoria de reliquiis ad vespertas et ad matutinas et missam, sive de feria sive de festis sanctorum fit servitium : cum hac antiphona Córpora sanctórum. {776}. V. Beáti qui hábitant. 2070. Oratio. Presta quésumus omnípotens Deus, ut sanctórum tuórum. &c. Per Dóminum. [468].

¶ Sanctorum septem fratrum martyrum.

(x. Julii.)

Tres lectiones. Invitatorium duplex.

Oratio.

PResta quésumus omnípotens Deus : ut qui gloriósos mártires tuos Felícem, Philíppum, Vitálem, Marciálem, Alexándrum, Silvánum, atque Januárium fortes in sua

confessióne cognóvimus : pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

¶ Ad matutinas.

Lectio prima.

FEmpore Antoníni impe-
ratórís a prefécto urbis
Públio : compellebátur beáta
Felícitas cum filiis suis ad sacri-
ficándum ydólis. Cui Felícitas res-
pondít, Nec blandíciis tuis dissólvi

pótero : nec terróribus frangi. Hábeo
enim Spíritum Sanctum : qui me non
permítet vinci a dyábolo. Et ídeo
secúra sum quia viva te superábo : et
si interfécta fúero, mélius te vincam
occísa.

Lectio secunda.

[79v.] **D**Éinde ália die sedit preféctus
pro tribunáli in foro Martis : et
jussit eam addúci cum filiis suis. Cui
et dixit, Miserére filiis tuis juvénibus
bonis : et flore prime juventútis
floréntibus. Respoñdit beáta Felí-
citas, Misericórdia tua impíetas est :
et exhortácio tua crudélitas.²⁷⁹ Et

convérsa ad filios suos dixit, Vidéte,
filii celum et aspícite : ibi²⁸⁰ vos
expéctat Christus cum sanctis suis.
Pugnáte pro animábus vestris, et
fidéles vos in ejus amórem exhibéte.
Audiens hec Públius : jussit eam
alápis cedi. Tu autem [Dómine
miserére nostri].²⁸¹

Lectio iij.

Tunc convócans preféctus filios
beáte Felicitatis : cepit cum eis
ágere ut sacrificárent. Qui videns

éorum immóbilem in fide Christi
constántiam : scriptis Antoníno in-
nótuit. Quos ille jussit divérsis sup-

plíciis interíre. E quibus Januárius post vérbera virgárum et cárcerem, ac²⁸² plumbátas occísus est : Felix et Philíppus fústibus mactáti, Silvánus

precipítio interémptus, Alexánder, Vitális, et Marciális capitáli senténtia sunt puníti. Mater vero eórum : ad últimum gládio juguláta est.

R̄. Hec est vera fratérnitas. [762].

Cetera omnia de communi plurimorum martyrum. [739].

¶ *Translatio sancti Benedicti abbatis.*

(xj. Julii.)

*Novem lectiones fiant : nisi facte fuerint in xl. tunc fiant hic²⁸³ tres lectiones : et invitatorium duplex [dicatur].*²⁸⁴

Oratio.

Ntercéssio nos quésumus Dómine beáti Benedícti abbátis tibi comméndet : ut quod nostris méritis

non valémus : ejus patrocínio assequéamur. Per.

Lectio j.

CUm diu gens Longobardorum infidelitatis sue ténebris catére noluisset, et jugum Dómini ferro detréctans, eos qui ferébant impugnáre decrevisset : Itáliam venit nóminis Christiáni impugnándi grátia et suo eam domínio subjugándi. Unde et inter cétera facinóra sua, monastérium exímii patris Benedícti depópulans, rebus ómnibus inhabitábile²⁸⁵ réddidit : sicut ante idem pater prophétie

spíritu cognovérat atque pronuciáverat,²⁸⁶ ablátis rebus ómnibus, idem monastérium evérsum iri. Hac ítaque patráta eversióne, et multis effluéntibus annórum currículis, idem locus ad herénum redáctus, cepit esse ferárum, qui prius fúerat habitátio hóminum : úsquequo regni Francórum gubernácula adéptus est Clodovéus filius Dagobérti. Tu autem.

Lectio ij.

PRefátus ergo rex cum egrégiis pólleter móribus, petitionibúsque justis et servítio Dei aptis assénum préberet : interpellátus est a bone memórie Leodebódo²⁸⁷ patre monastérii sancti Aniáni, quod est situm prope ménia urbis Aureliáne ut monastérium órdini monástico cóngruum sibi líceret constrúere in

agro Floriacénsi : datis pro eódem agro in mútua vicissítudine prédiis : que sibi a paréntibus jure hereditário relícta possidébat. Quibus audítis rex libentíssime ejus précibus ánnuit, et desidérium illíus compléri judicávit. Predíctus ergo vir Dómini Leodebódus²⁸⁸ in supradícto agélio edificávit basílicam in honóre sancti Petri :

itémque áliam in honórem sancte Maríe. Ut vero preparáta habitatio est : ne inánis esset atque sine habitatóribus : collégit íbidem quamplúres

ad serviéndum Dómino sub norma régule vívere parátos, patrémq[ue] et abbátem his prefécit nōmine Númmolum.

Lectio iiij.

QUi Númmolus²⁸⁹ gregis sibi commissi custódias óptime servans et lectíoni stúdium dans : inter cétera répperit in libris beáti Gregórii : quómodo sanctus ac Deo dilectíssimus Benedíctus agónis sui cursum in Beneventána consummáverit província. Recórdans ergo Númmolus quia venerábilis pater Benedíctus predíixerit illud monastérium fúnditus everténdum : et quod ille spirituálibus óculis, iste cárneis patrátum conspiciébat : misit per

revelatióne divinam admónitus ad predíctam provínciam unum ex commilitónibus suis monáchum, nōmine Aigúlphum²⁹⁰ ut illuc pergens corpus jam dicti beáti transférret Benedícti. Non dispar intérea huic in Cenománnica urbe appáruit vísio, ut scílicet pergéntes et ipsi in eádem provínciam corpus inde transférrent sorórnis sancti Benedícti Scolástice nōmine : ut quos unius urne ibat spácium : simul transférendi ostenederéntur.

Lectio iiiij.

[80r.] **C**Um ígitur utrúmque laborárent : quátenus visiónis maniféste non segnes executóres inveniréntur : a Cenománnica urbe missi núncii divertérunt se in monastérium Floriácum hospitándi grátia : compéruntque venerábilem Aigúlphum préceptis sui abbátis obsequéntem idem voléntem iter arípere. Commúni ígitur decréto : ceptum iter simul státuunt perágere. Qui simul Romam veniéntes : cum beáti Petri ecclésiam oratúri intrássent : Aigúl-

phus omíssa dilatióne expeditióni óperam dedit certans ócius perfícere : quod sibi injúntum fúerat sanctum mandátum. Tandémque pervénient ad locum castri quod vocátur Cassínum : expectábat evéntum rei, orans illum qui se ad hoc opus destináverat ut non in vácuum tantum iter consúmi vellet : sed sicut promíserat, thecam thesáuri sui ei revelare dignaréntur. Tu autem Dómine.

Lectio v.

Cum itaque Aigúlphus huc illúcque circunspíciens oculórum orbes vólveret sédulus explorátor : conspíciens eum homo multórum annórum crebro id agéntem sic eum prior affátur. Heus tu inquit : quibus ab oris nostras adiísti sedes : cujus ve negócií grátia ? Ad hec ille non est ausus indágini illíus propaláre commíssum secrétum. Sed cum iteráto super ipsa re interrogárétur : cóbítans quia in antíquis est sapiéntia : et rerum preteritárum cognítio, réputans étiam sicut res erat pro hoc ipso eum Dóminum misísse²⁹¹ : compellénti ex órdine rei geste texit

hystórias. Ad hec senex páululum terre defigens aspéctus, sic demum ora resólvit. Si michi prémia digna repéndis, Deo favénte puto me ócius negócio tuo finem imponére : quátenus his pro quibus labórem tanti itíneris assumpsísti peráctis : ovans remeáre ad própria queas. Cum ígitur vir Dei Aigúlphus perorántis senis verba audísset, nulla inquit erit in múnere dando difficultas : si promissiónis tue memor dicta factis recompénses. Ad hec ille, Cum inquit lucífuge noctis témpora propinquáre perspéreris, nudo ab áeris axe indeféssus speculátor adést.

Lectio vij.

Cunque solitúdinis hujus locum aliquem lúmine claríssime radiare conspéreris nívei montis instar : notáto certíssime locum. Nam ibi inveniéndum est unde tue cure finis imponátur. Igitur venerábilis vir verbis senis fidem dans et desidério ardens primo quiétis somno stratu sese excútiens : ac predíctis solitúdinis plagam explórans : cónspicit éminus locum lúmine claro micántem : ceu cum lumináribus facibúsque densis locus áliquis perfúsus illustrátur. Quibus visis : seculórum Rectóri benedicébat : et in ejus láudibus

noctis téminum expectábat. Cum ergo diu prestolátus dies affuísset ad locum intrépidus Aigúlphus próperat : cujus notátor extíterat. Ibique sicut longe ante²⁹² optáverat cuncta inveniens, prosperatóri itíneris sui grates innúmeras repéndit. Locumque ádiens : lóculum íbidem invénit, extérius quidem vilem : intérius autem retinéntem magni prémii margarítas. Pro fóribus autem prefixa erant notámina quorum intérius busta jacébant. His sicut optáverat invéntis patefácto a látere, evacuatóque locélllo : thesárum invéntum unius sportélle

conclúsit sinu. Quibus patrátis ómnibus eximprovise²⁹³ assunt sócii : quos supra sermo prótulit a Cenománnica urbe proféctos. Tunc síbimet mútuo patefécere sui itíneris causam : quia scílicet revelátione

divína admóniti ad corpus beáte Scolástice íerant deferéndum. Moxque cum festinatióne retrográdum iter arripiéntes : festináto simul regrédi curábant, portántes quas invenérant dono divíno preciosíssimas margarítas.

Cum vero fiunt ix. lectiones tunc legantur tres ultime de expositione Evangelii Nemo accéndit lucérnam. in communi. [841].

Cetera omnia de communi unius confessoris abbatis. [846].

¶ *Translatio sancti Swithuni²⁹⁴ sociorumque ejus episcoporum et confessorum.*

(xv. Julii.)

Novem lectiones.

Cetera omnia de communi plurimorum confessorum, [855]. cum hac oratione.

BMnípotens sempitérne Deus,
qui hodiérnam diem hono-
rábilem nobis in beáti Swithúni
confessóris tui atque pontíficis
sociorúmque ejus translatióne fecísti :

da ecclésie tue in hac celebritáte
letíciā : ut quorum solennitátem
venerámur in terris : eórum inter- [80v.]
cessiónibus sublevémur in celis. Per
Dóminum nostrum.

In festo sancti Osmundi.

¶ *In festo sancti Osmundi.*²⁹⁵

(*xvj. Julii.*)

[*Omnia de communi unius confessoris et pontificis.*]²⁹⁶ [768].

Ad j. vespertas.

1531-S:80v.

1. *Ant.* Súscipe cum gáudio mater filiórum

In Osmúndi júbilo preces famulórum.

Ps. Laudáte pueri. (*cxij.*) [313].

1531-S:80v.

2. *Ant.* Confessóris Dóminus gens colláudet tota

In festo sancti Osmundi.

Et in sancti glóriam reddat pia vota.

Ps. Laudáte Dóminum. (*cviij.*) [320].

1531-S:80v.

3. Ant. Exit ejus spíritus terram miserórum

Et intrat pro méritis regnum beatórum.

Ps. Lauda ánima. (*cxlvi.*) [354].

In festo sancti Osmundi.

1520-S:; 1531-S:80v.

4. *Ant.* Iste domum Dómini sacrátus fabricávit

Et dispérsos cléricos simul congregávit.


Ps. Laudáte Dóminum quóniam. (*cxlvj.*) [355].

1531-S:80v.

5. *Ant.* Lauda Syon Dóminum magni confessóris

Lauda piúm présulem cuius est labóris

In festo sancti Osmundi.



Quicquid tuas jánuas bene confortávit :

Quicquid tuos filios jam letificávit.

Ps. Lauda Hierúsalem. (cxlvij.) [356].

Capitulum. (Ecclesiastici l. [I.])

Ccce sacérdos magnus qui in vita sua curávit gentem suam et liberávit eam a perditioñe : qui suffúlsit domum et diébus suis corroborávit templum.

Sal-152:374r; 1531-S :80v.²⁹⁷

Resp.

I.



I- les * et al- me pa- ter Osmún- de

De- i gre-gis auc- tor. †Chris- to fun- de

In festo sancti Osmundi.

pre- ces. ‡Et nostras áblu-e cul- pas.
[In tempore paschali.]

Al-le- lú- ya.]²⁹⁸

¶. Ut nos vi-te se-dem va-le- á-mus scán- de-re
cel-sam. †Chris- to. ¶. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li-
o et Spi- rí- tu- i Sanc-to. ‡Et.

Hymnus. Iste confessor. *in communi.* [792].

¶. Amávit. [800].


Sal-152:374r; 1531-S:80v.

Ant.
I.v.



Onfessor Dó-mi- ni * pré-ci-bus suc-cúr- ri-te ple-

In festo sancti Osmundi.



bi, Ut ví- ci- is vá-cu- i vá- le- ant ti-bi con-so-ci- á-




ri : Et tu- a quos ré-pe-ris so-lénni- a pre-ve-ni- én- tes :




Tu pópu-li doctor fac ut te-cum co-mi-tén- tur.

[*In tempore paschali.*



Alle- lú- ya al-le- lú- ya.

]²⁹⁹



Ps. Magníficat. 53.*

Oratio.

Deus cujus antiqua mirácula
étiam nostris tempóribus ad tui
nóminis magnificéntiam ac laudem et
honórem sancti confessóris tui
Osmúndi choruscáre séntimus :


concéde propícius, ut cujus trans-
latiónem cólimus, ejus interces-
siónibus et in presénti século te
glorificémus : et in futúro te pérfrui
mereámur. Per Dóminum.

In festo sancti Osmundi.

[*Ad matutinas.*]

Sal-152:374r; 1531-S:80v.

Invit.
IV.v.




Mní-po- tens * Dómi- nus laudé- tur Tri-nus et
U-nus. †Qui de- dit Osmún-do ce-lésti- a reg-na be-
á- to. *Ps. Ve-ní-te. 24**.

Hymnus. Iste conféssor Dómini. in communi. [793].

¶ *In j. nocturno.*

Sal-152:374r; 1531-S:80v.

1. Ant.
I.i.



A- tus * mox re-nás- ci-tur Os-mún-dus fonte
lo-tus A cunc-tis pi- á- cu-lis efféctus mundus
to- tus. *Ps. Beátus vir. (j.) [12].*

In festo sancti Osmundi.

Sal-152:374r; 1531-S:80v.³⁰⁰

2. Ant.

II.i.



- do-léscens * pró-fu- it sco- la li- te-rá-li

Et ty-ró-nes sú-pe- rat ar-te mi-li- tá- ri.

Ps. Quare fremuérunt. (ij.) [12].

Sal-152:374r; 1531-S:80v.³⁰¹

3. Ant.

III.i.



Uventú-tis * térmí-nos pru-dens transi-gé- bat

Neque contra spí- ri- tum ca-ro pre-ve-lé- bat.

Ps. Dómine quid multiplicáti. (ijj.) [13].

V. Amávit. [800].

Lectio j.



Revénimus dudum nova
solennité dies natalícos
Salvatórís³⁰² beatíssimi pré-

sulis Osmúndi festívum celebrándo
natálem : jamque illucescénte nobis
translatiónis sue veneránda celebritáte

quasi novam ejus in mundum nativitatem cum pleno cleri ac plebis júbilo solénniter renovámus. Hódie namque devóta mater Sarisburiénsis ecclésia dulcissimum alúmnum quem intra sua víscera plúrimo annórum deflúxu ab humáno aspéctu recóndidit : hódie glorióso ejus córpore in sublíme transláto desiderátum³⁰³ diu géntibus

palam profúdit in lucem. Et quem³⁰⁴ quondam ut granum mortificátum cadens in terram suscépit : deínceps multíplici miraculórum fructu gravi-dáta : hodiéerna tandem die apérto útero édedit, sanctorúmque confes-sórum collégio apostólica pridem auctoritaté ascríptum : sub vene-ratióne cóngrua demonstrávit.

Sal-152:374v; 1531-S:80v.³⁰⁵

1. Resp. I.


Ré- su-lis * Os- mún- di ce-le- bré- mus

fes- ta jo- cún- di. Qui pi- us et pru- dens

húmi- lis so-bri- úsque pu- dí- cus. †Explé- tis

cu- ris intrá- vit gáu- di- a lu- cis.

¶ Aux- it per mé-ri- ta si-bi trá-di-ta quinque ta- lén-ta.



†Explé- tis.

Lectio ij.

IN sacre translatiōnis festivitāte assistimus : et tamen nōviter mundo exortum sanctum reverēntes, nativitatis vocábulum usurpámus. Sed quorum forsan objícitis spectat hec rerum confúsio ? Quid sibi vult in rebus váriis tam patens abúsio nómīnum ? Rursum si stupéndum videbátur príncipi Judeórum hóminem nasci cum sit senex : qua fidúcia ducámur crēdere ex útero natum ac demum fonte renátum post mortem renásci ? Verum si in hac re pro-

prietátes discúrrere docuérimus : páginis naturális : facile transuméntium licéntia persuásuiri arbitrámur jam mystérium apud nos agi diu expectáte nativitatis. Aggre-diámur ígitur diligénter evisceráre parábolam istam : interímque quóniam presénti die prolátis almi viri reliquiis ad gloriósum in quo pausat scrínium : quasi ad tripúdia novi partus concúrrimus. Deléctet queso deléctet pro fescénninis³⁰⁶ sédulo intermíscre orgána divíni laudis.

Sal-153:374v; 1531-S:80v.³⁰⁷

2. Resp.

II.




C- ce * sa- cer-dó- tem cu- jus




[81r.]

In festo sancti Osmundi.



¶ In vi-ta plá-cu-it Dó-mi-no ple-bem be-ne rex-it.



†Suf- fúl- sit.

Lectio iij.


TAT ergo a primórdio cujúsvis generatiónis inítium sumámus : opórtet ut postquam intellexérimus matrem hujus fecundi³⁰⁸ gérminis ecclésiam sanctam, in cuius viscéribus devotíssimus presul requiévit humátus : Deum quoque, qui solus secúndum apóstolum admínistrat semen, tam egrégii repulluláminis patrem credámus. Cujus imménsa bónitas ubi de spíritu beatíssimi patris novo inter súperos colláto tunc celum ditávit, volens et in terris de mortificáto grano fructum fáctere : éxiit semináre semen suum spargens in terra bona hoc semen magne ubertáris, corpus

vidélicet sanctíssimi viri miráculis copiósū. De quo sémine prophétam non immérito locútum fuísse putándum est : cum virum metuéntem Dóminum in Psalmis descrípsit, Beá-tus vir inquit qui timet Dóminum : in mandátis ejus volet nimis. Potens in terra erit semen ejus. Potens útique erat hoc semen : dum intra occulta subteránee matrícis receptácula volvábatur. Potens inquam ad demónes abiciéndos : potens ad morbos depel-léndos : potens quidem suo suffrágio ac nostris quantíslibet méritis : grátiām Dei abundáre fáctere in nobis.

Sal-152:374v; 1531-S:81r.

3. Resp.

III.



pre- sul * nos- ter te cónde-cet ut

In festo sancti Osmundi.

The musical notation consists of five staves of square neumes on four-line red staves. The lyrics are written below each staff.

gratu-lé- mur qui mundo mó- ri- ens non dé-si-vis
esse sa-cér- dos. †Ce-lésti vi- ta frú- e- ris.
‡Per sé- cu-la cunc- ta. ¶ Jam cer-nis
Christum Pa-tris a dex- tris re-si-dén- tem. †Ce-lésti.
¶ Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi- ri-tu- i
Sancto. ‡Per.

¶ *In ij. nocturno.*

Sal-152:375r; 1531-S:81r³⁰⁹


4. Ant.

IV.iii.




Ir ef-féctus * próspe-re Néustri- am re-gé- bat,

In festo sancti Osmundi.



Tandem partes Angli- e po-tens de-fendé- bat.



Ps. Cum invocárem. (iv.) [13].


Sal-152:375r; 1531-S:81r.³¹⁰

5. Ant.

V.i.



- tro-bí-que * ré- gi a ju-ra di-la-tá- vit :



Ac in pa-ce só- li-da cuncta re-formá- vit.



Ps. Verba mea. (v.) [14].


Sal-152:375r; 1531-S:81r.³¹¹

6. Ant.


VI.



Ed et do-mus * Dó-mi-ni máx-imus ze-lá-



tor : Plu-ris be-ne-fí-ci- i lar-gus est fundá- tor.



Ps. Dómine Dóminus noster. (vij.) [17].

V. Justum deduxit. [808].

Lectio iiij.

Vis plénius devotíssime cétera tam mire propagatiónis secréta pandámus³¹²? Háctenus didicísti quod sancta Sariburiénsis³¹³ ecclésia preclári pontíficis Osmúndi córpore tanquam virili sémine fecundáta est. Verum quia juxta institúta est³¹⁴ natúre: non mox suscépto sémine sed multo post progréssu fetus convaléscit in perféctum: ita méritum beáti viri successívis miraculórum signis cepit índies fidélium méntibus magis innotéscere. Ac sicut matéria illa

seminária frequénti sui alteratióne certis labéntibus diérum currículis nunc láctea, post sanguínea: demum in modum masse cárnea, ac póstremo apte figuratiónis lineaménta ut spíritus vitális eam infórmet suscípere indicátur: pari órdine sustínuit Dóminus paulátim créscere sanctum suum ac eo nondum de corde terre leváto quotidiana pene novitáte signórum accurrénte pópuli multitúdine úterum matris in quo tanto témpore repausávit ubérius gravidári constituit.

4. Resp.

IV.



Ropó- si-to * ple- bi mag-na vir-
tú- te po- tén- ti. †Sa-cra ma- nus

Sal-152:375r; 1531-S:81r.³¹⁵

In festo sancti Osmundi.

Dómi-ni sub- ve- ni- é-bat e- i.
[In tempore paschali.]³¹⁶

Alle-lú- ya al-le- lú- ya.

¶. Ut Da- vid est unctus ut Aaron est ip-se sa-
cér-dos. †Sa-cra.

Lectio v.

Jam intellécta fecunditáte matris : súperest ut superiórem órdinem natúre nostro propósito adaptémus. Tunc enim sancta Sarisburiárum ecclésia lácteo tantum coágulo fovéri visa est : quando beáta Dei Génitrix cujus cándida virgíntas láctei dulcórís similitúdinem habet : sola ipsíus ecclésie patróna constitúta est. Sed ubi étiam per mérita sacerdótis sui cui quondam incumbébat immolándo carnem et ságuinem Christi peccáta pópuli expiáre non cessávit Altís-

simus, conférre lánguidis beneficia sanitátis : exínde post dignam veneratióne rutilantíssime Dei matris cepit étiam atque étiam corpus gloriósi pontíficis ab innúmera plebe devótis afféctibus visitári. Ita quidem efféctum est ut beáta Virgo cujus inestimábilis candor ab humánis nequit comprehéndi obtútibus : peculiárem pópuli devotiónem ad relíctam in terris massam cárneam servi sui Osmúndi pro repéndio non indígne transtulérit.

In festo sancti Osmundi.

Sal-153:375v; 1531-S:81r.³¹⁷

5. Resp.

V.



N regnum quon- dam * conspéc-tu mag- ni- fi-

cá-

tus. †Nunc

immortá-

li

gau-

det


ce-pís-se

co-

ró-

na.

¶ De-serví-re De- o ma-lens quam regna te-né- re.



†Nunc.

Lectio vj.

Cum tandem continuáta fre-
quéntia signórum in ejus
magnitúdinis molem excrévit ut talis
diútina sancti tantáque virtus diútius
celári non posset : cepit super his
semel iterúmque sedes apostólica
consultári. Sed tot heu annis totque
precedéntium tempóribus tum ignávia
tum negligéntia multórum qui

[81v.]

sollicitándum missi sunt id³¹⁸ negó-
cium tamétsi plane satis instrúctum
pro infécto dimíssum est : ut a cápite
dénouo sepe resúmere informaréque
procéssum oblívio téporum medi-
órum compulérít. Dénique postquam
ex íntegro recensítis superiórís vite ac
miraculórum testimóniis, auctáque
índies fama pontíficis nichil matérie

seu forme quod tante rei pondus
exigébat deésse videbátur : novíssimis
diébus istis anno vidélicet grátie
quadringentésimo quinquagésimo
sexto super mille, felícis recordatiónis
Calíxtus papa tértius, prídie nonas
Decémbris decretum futúre canoniza-
tiónis legítime promulgávit. Quo

quidem die providéntia divína magis
quam fortútu id accidísse arbitrámur :
ut is dies qui Osmúndum depósito
carnis ónere ícolam fecit in celis :
idem intervolútis plurimórum an-
nórum currículis primus eum judi-
cánte ecclésia judicáret pro sancto
venerándum in terris.

Sal-152:375v; 1531-S:81v.³¹⁹

6. Resp. VI.

On-fés-sor * Chris-ti fe-líx fe-lí-ci-ter

au-di nos ti-bi de-vó-tos lau-díque tu-e


famu-lán-tes. †Ast impetrá-tam vé-ni-am pro

crími-ne nos-tro. ‡Qué-sumus ut no-bis cé-li-tus

obtí-ne-as. ¶ O pa-ter Osmún-de

¶

In festo sancti Osmundi.



cla-rum de-cus urbis et or-bis Servó-rum gémi-tus tristes
tu sús-ci-pe cle- mens. †Ast. ⁊ Gló- ri- a Pa-tri
et Fí-li- o : et Spi-rí- tu- i Sanc- to. ⁊ Qué-sumus.

¶ In iij. nocturno.


Sal-152:375v; 1531-S:81v.

7. Ant.

VII.i.



Omes * factus Sá-gi- e cum succéssit pa-



tri, Cuncta dat ecclé-si- e bo-na su- e ma-tri.

Ps. Dómine quis habitábit. (xiiij.) [23].

Sal-152:375v; 1531-S:81v.³²⁰

8. Ant.

VIII.i.




Ostremo * Dor-sé- ti- e nactus co- mi-tá- tum

In festo sancti Osmundi.



Spre-to mundo trá- hi- tur mox ad pre-su- lá- tum.




Ps. Dómine in virtúte. (xx.) [38].

Sal-152:375v; 1531-S:81v.³²¹

9. Ant.


I.i.



Am ce-lés-tem * ób-ti- nens pas-tor pre- la-tú-



ram Ser-vis tu- is ímpetres vi-tam permansú- ram.



Ps. Dómini est terra. (xxij.) [93].

V. Justus ut palma. [699].

Lectio vij.

STATÚTIS ergo próximis extunc
kaléndis Januárii pro térmíno
tam sancti óperis perficiéndi : prefátus
Románus póntifex quem ántea grand-
éva senéctus ac decrépita imbecíllitas
incurvábat mirum in modum : in-
stánte prefixe celebritáris die speciáli
ut pie créditur Osmúndi patrocínio

repénte conváluit : ita ut stupéntibus
cunctis qui contínuam ejus invali-
túdinem expértam habuére, divína
offícia ceteráque tanta necessária
mente roborátus et córpore própria in
persóna solénniter execútus sit.
Verum quid multis ista strinxérimus ?
Sufficiat in ejus laudem vel id

preséritim ceterórum pace sanctórum
audácter profitéri, non fácile repértum
pro quo Deus tot centenáriis annis

tanque indesinénter curam pópuli
operátus sit.

Sal-152:376r; 1531-S:81v.³²²

7 Resp.

VII.



N-te De- um * mag-nas virtú-tes est
 o- pe- rá- tus Osmún-dus sanc- tus cu- jus
 doc-trí- na sa- lúbris. †Cunctas ec-clé- si- as il-
 lús- trat in or-be fi- dé- les. ⁊ Mun- dum con-
 témp-sit jam cé- li-ca regnat súb-intrat. †Cunctas.

Lectio viij.

Interea sancta sepefáta Saris-
buriénsis ecclésia tanquam gra-
vidíssima parens vicína pártui :
plúrimis punctiónibus et pressúris
affécta, itémque cupido evidéndi

sancti plebis póndere fatigáta :
antecéptum hodiérne festivitatis offi-
cium, illud Hieremiánum prophé-
ticum júgiter ingeminándo clamávit :
Ventrem meum dóleo, ventrem

meum dóleo : acsi apérтиus voce queribúnda dixísset, Satis ne michi soli est plusquam trecéntis annis ánxiam et dolorósam hoc post³²³ genitúre mee nóbile onus clam intra vísdera continuísse ? Vidéte céteras sponsas regni quam expédite pignóra sua edídere, vidéte inquam eas vidéte et me. Ego eárum áliquas generándo prevéni : sed ab eis pariéndo prevénta sum. Quod sane intélligens nóbilis vir Richárdus de Bello Campo, qui ejúsdem tunc ecclésie magno fungébatur sacerdótio, adjúnctis sibi decáno


ac frátribus paratíssimis ejúsdem loci canónicis, more vigilantíssime obstétricis non tam prudénter observávit quam accelerávit témpora partus. Quorum impénsis devotíone ac indústria elaborátum est, quod intra eúndem annum sacre canonizatiónis decimoséptimo kaléndas séxtiles translátio ejus solénniter compléta est. Cui síquidem festivitáti copióse intérerant primas totius Anglie, présules ac príncipes regni cum inferiórís plebis multitúdine admiránda.

Sal-152:376r; 1531-S:81v.³²⁴

8. Resp.

VIII.

N-fír-mos cu- rat, * ce- cos ac de-bi-li- tá- tos
membris con-só- li-dat par- tim ge- nus om- ne do-
ló- ris. †Do- nat e- i Dó- mi-nus ut re-mo-
vé- re que- at. XV. An feb-ris, an pes- tis,



an sit pressú- ra pa- rén-tis. †Do- nat e- i Dó- mi-nus.

Lectio ix.

[82r.]

Ste ergo est dies fratres dilectissimi expectáte letície : dies exultatiónis, téminus merórís, prín-cípium consolatiónis nostre. Hódie namque apértis viscéribus terra prótulit confessórem, hódie Osmúndum tanquam mundo íterum exórtum gaudémus, hódie capsam reliquiárum ejus quasi cunábula novi nascéntis devótis gréssibus frequen-támus. Ad póstremum ut tuam vene-rande póntifex sanctitátem familiárius alloquerémur : percunctántibus jam nobis quo sermóne hodiérne cele-brítatis tue officium áptius con-cludámus : nichil utílius decretum occúrrit quam ut omnipoténtiam Dei in vita tua laudábili ac miraculórum gestis admirándam colendámque devótis precóniis attollámus. Ejus

namque grátia ex fragíli umbra seculíque pompa ad éléctum sacerdótium vocátus es : ejus virtúte sanctis profuísti opéribus, ejus poténtia claríssimis post mortem signis effúlseras. Eya ergo jam, magne sacérdos agnósce hanc prerogatívam virtútis tue : et céteris more plorántis Rachélis desinéntibus aliquándo consolári filios suos : tu nunquam ex-petita suffrágia precántibus impartíri cessa. Esto ergo ámodo súpplices quésumus pro pópulo et pro civitáte ista intervéntor assíduus, pacem obtíneas, languóres cures, nephándi reátus, máculas tergas, quátenus tandem tecum in beátam transláti réquiem hujus temporáliter celebráte translatiόnis tue fructum in etérfni Patris convívio suáviter degustémus.

9. *R.* Miles et alme pater. *ut supra ad vesperas.* {791}.

V. Ora pro nobis beáte Osmúnde.

R. Ut digni efficiámur. *&c.* [530].

In festo sancti Osmundi.

¶ *In laudibus.*

Sal-152:376v; 1531-S:82r.

1. Ant.

I.v.



Ic Osmúndus * ré-fu-git regnántis honó- rem

De-i domus é- li-gens pre-fér-re de-có- rem.

Ps. Dóminus regnavit. (xcij.) [45].

Sal-1532:376v; 1531-S:82r.³²⁵

2. Ant.

II.i.



Anctus iste * stá- bi-lis in confes- si- ó- ne

Mercé- dem pro-mé- ru- it ce- lés-tis co- ró- ne.

Ps. Jubiláte. (xcix.) [46].

In festo sancti Osmundi.

Sal-152:376v; 1531-S:82r.

3. Ant.

III.ii.



B de-cus * ecclé-si- e multum vi-gi- lá-vit,

De- um so- lum sí-ti- ens carnem ma- ce- rá- vit.

Ps. Deus Deus. (lxij.) [47].

Sal-152:376v; 1531-S:82r.³²⁶

4. Ant.

IV.i.



Ene-dícta Néustri- a * ta- le fundens do-

num : O quam fe-líx Angli- a hunc ha-bens patró- num.

[In tempore paschali.]³²⁷

Alle-lú-ya al-le-lú-ya.

Ps. Benedícite. (Daniel iij.) [48].

In festo sancti Osmundi.

Sal-152:376v; 1531-S:82r.³²⁸

5. Ant.

V.i.



Ui cum sanctis ómni-bus * regnas nunc Os-mún-
de Pro no-bis o- ránti-bus De-o pre- ces fun-de.

Ps. Laudáte Dóminum. (cxlvij.) [49].

Capitulum. Ecce sacérdos magnus. ut supra. {791}.

Hymnus. Jesu Redémpтор ómnium. [in communi.]³²⁹ [820].

V. Justus germinábit. [829].

Sal-152:377r; 1531-S:82r.³³⁰

Ant.

VI.



Ru-déntem ser- vum * te consté-bat et esse
fi-dé- lem, quem De-us in ple-bem pre- fé- cit
ju-re re-gén- dam, tunc trí-ti-co ver-bi vá-cu- as á-nimas

In festo sancti Osmundi.

sa-ti- ás- ti, nunc hómi-nem to-tum ne ces- sas réd-
de-re sa- num. *Ps. Benedictus.* 63*.

Oratio. Deus cujus antiqua mirácula. {793}.

¶ *Ad j.*

Ant. Hic Osmundus. *j. de laudibus.* {810}.

¶ *Ad iij.*

Ant. Sanctus iste. *ij. de laudibus.* {810}.

Capitulum. Ecce sacérdos magnus. *ut supra.* {791}.

Cetera omnia de communi unius confessoris. [831].

¶ *Ad vj.*

Ant. Ob decus³³¹ ecclésie. *ijj. de laudibus.* {811}.

Capitulum. (*Ecclesiastici l. [6.]*)

QUASI stella matutína in médio
nénbule : et quasi luna plena in
diébus suis lucet, et quasi sol | refúlgens sic ille effúlsit in templo
Dei.

¶ *Ad ix.*

Ant. Qui cum sanctis. *v. de laudibus.* {812}.

Capitulum. (*Ecclesiastici l. [23.]*)

Terávit orationem suam volens | nobíscum secúndum misericórdiam
osténdere virtútem Dei qui fecit | suam.

In festo sancti Osmundi.

¶ *Ad secundas vespertas.*

Ant. Hic Osmundus. j. de laudibus. {810}.

Psalmi feriales.

Capitulum. Ecce sacérdos. ut supra. {791}.

R. Conféssor Christi. ut supra, vj. {804}.

Hymnus. Jesu Redémptor. in communi. [822].

V. Justus germinabit. [723].

Sal-152:377r; 1531-S:82r.

Ant. I.v.

Al- ve * ce-le-bér- rime pa- ter cle-ri-có-

rum Osmún- de Sanctís-si-me lu- men con-fes- só-rum

De- le tu- is pré- ci-bus perpetrá-ta ma- le, Memor

in ce-lésti-bus nostri semper va- le.

Ps. Magnificat. 53.*

Oratio ut supra. {793}.

¶ *In commemoratione sancti Osmundi.*³³²

Lectio j.

Commemorántibus nobis sédula devotíone mérita beatissimi confessóris Osmundi : líbeat tante sanctitatis normam ex órdine contemplári, ut páriter Dómino annuénte collíbeat mores ac vitam ipsíus pro nostris víribus imitári. Propónimus ígitur tibi prícipium o nobilíssima índoles júvenum in Osmundi nostri auspíciis ducens te ad adolescéntie tue felix ac expedítum itinerárium. Audi ergo cum eo libén-

ter precépta patrum, vaca scholis, fuge petulántiam : ítaque audácter semper tamen sub timóre Dómini indúere fortitúdinem tuam. Cumque in virumadoléveris túaque sors collégio forsan militári te ascrípserit : habens hunc magístrum mílitum patrónum juste bellántium sub quo disces militáre non esse peccátum dum ipsíus more Deo religiónem, príncipi fidelitátem, pátrie custódiam, prona mente reddíderis.

Lectio ij.

[82v.] **A**ccépimus jam tanti patris exémplo instructíonem rei militáris : deínceps quid virum Dei edocúerat³³³ audiámus. Aut júdicem aut assessórem constituit te póplus tuus : esto quasi unus ex eis, non te attóllas, non supérbias, non minórem concútias, ita magnum judicatúrus ut parvum, noli accéptor esse perso-

nárum. Porro iste sanctus jam et nátlium jure régio sanguine seculárisque polítie prerogatíva príncipis látere quotídie honorári proméruit e plébeis, tamen³³⁴ quéstibus pupil-lórum ac viduárum lachrymósis aurem pietatis non avértit. Tu [autem Dómine miserére nostri].³³⁵

Lectio iij.

Quid sacerdótium ejus repétimus ? Quid elemósynas, quid ecclésiarum clericorúmque dotes, quid ómnium prorsus abjectíonem temporálium commendámus ? Ista mire sanctitatis sue indícia sunt. Quare in

summa recenséntes totíus vite sériem tanti confessóris : plane recognós-cimus quod omni tempore duxit eum Dóminus per vias rectas, dedítque illi sciéntiam sanctitatis qua regnum Dei digníssime mererétur. Tandem ubi

In commemoratione sancti Osmundi.

in vínea Dómini operátor assíduus
multiplicátis taléntis fidelíssimus
servus probátus est : jussus intráre
gáudium Dómini sui trádidit celo
ánimam : terre corpus miráculis
gloriósum omnis humáni languórnis

indeficiéntem ac expeditíssimam me-
dicinam. Prestánte eo quem con-
stánter conféssus est Dómino Jesu
Christo, qui cum Patre et Spiritu-
sáncto vivit Rex et Sacérdos in
etérnum amen.

Ad vesperas.

1531-S:82v.

Ant. Pastor pius ad gregis gáudium

Egris prestat vite solátium

Confráctis membris confert subsídium,

Et visus cecis prebet refúgium,

In commemoratione sancti Osmundi.

Exultans gaudet mater per filium :

Que tali partu floret ut lílum.

Ps. Magnificat. [360].

Oratio.

Deus qui beatum Osmundum pontificem tuum a seculi militia ad celustum revocasti : concéde nobis, | ut mundánis abjectis desideriis bona celéstia capiamus. Per Dóminum nostrum.

¶ *Ad matutinas.*

1531-S:82v.

Ant. Bone Jesu Osmundi méritis

In commemoratione sancti Osmundi.

Tu nos munda mundi piáculis

Et concéde ut grex a máculis

Peccatórum vivat incólumis.

Ps. Benedíctus. [56].

[*Infra octavas sancti Osmundi.*]

I Secunda die.

Lectiones de miraculis gloriosi confessoris et legantur per octavas quando a festo vacaverit cum regimine chori ut festum Margarete virginis, et festum Marie Magdalene, que sunt cum regimine chori.

Lectio j.

 Ostquam transcurrso preséntis vite stádio gloriósus Sarisburiénsis ecclésie ántistes Osmundus, ad supérne pátrie brávium devotíssime aspiráset : mox osténsis per ejus suffrágia innúmeris miraculórum signis, haud diu latébat hómines in terris quanti eum Omnipotens faciébat in celis. Nam si de ómnium morbórum génere cui preváluit : si de furiósis et mente alienátis e quibus plúrimi ab eo curáti erant : si de claudis et cecis, si

dénique de unda submérsis ac áliis váriis infortúnii vita functis ad locum sepultúre illius prístine incolumentati restitútis, per singula dicerémus, facilius nos tempus quam cópia fúgeret. Habéntes ígitur multa et multo équidem plura quam hujus celebritatis officium dicénda pátitur : pauca de his mirabílibus que Dóminus fecit et osténdit nobis, ecclesiásticum morem débite exequéntes fidélium áuribus in médium proferámus.

Lectio ij.

 Rat in véteri burgo múlier quedam Agatha nómine : que dum fovéndi diligenter infantuli sui pro maternáli officio curam habéret, súbito avescéntibus mammis nichil in eis lactis invénit. Et quóniam muliércule nímie paupertatis onére presse, conducénde nútricis aut cujúslibet comparándi nutriménti fáctutas non áffuit, liquóre tantum

cervísie ut ipsíus pátrie potus est, septem diébus púerum suum cogebátur alére. Videns tandem inútili pastu púerum suum defícere, ac de salúte ipsíus désperans : memor meritórum présulis Osmundi audácter ad ipsíus sepúlchrum confúgit : illícque divínū auxíliū hac voce quérula flebíliter implorávit, Dómine Deus qui formásti púerum in útero

meo et dedísti ei ut hanc lucem
vidéret : ob amórem Osmundi
pontíficis da michi oportúnum illi
auxílium ne péreat. Adjúncta ílico
Oratióne Domínica, vixque ea com-
pléta mirum in modum ádeo tur-

géntia úbera sua lactéque copiosa
redundábant : ut tam felícem se
matrem congáudens, Deo ac beáto
confessóri grátias agens domum voti [83r.]
compos cum gáudio remeáret.

Lectio ij.

JOrdánus cléricus tam egra quam
deformióri moléstia multo té-
pore afféctus est : ut lábiis illíus ad
unam fere aurem contráctis et
loquéndi officium et edéndi masti-
candíve necessitátem máxima qui-
dem³³⁶ ex parte perdíderat. Hic
autem cum nulla medicórum arte sibi
póterat subveníri : demum ad
sepúlchrum beáti viri oratióibus

insístens : quodam esse pútrido quod
novo et inviso more álteri maxílle
super excréscere videbátur, in eódem
loco prótinus liberátus est. Quo facto
omnis decor et habitúdo faciéi
restitúitur : recti sermónis módulus
datur, et edéndi instruménta líbere
largiúntur. Tu autem Dómine
[miserére nostri].³³⁷

Lectio j.

Anguidus quidam quem
inveteráta paralýsis diutís-
sime incurvábat : aliquándo
ex longíquo ad Cesáris burgum more
vage mendicitátis advéctus, coáctus
est urgénte inédia post breve dimíssso
hospítio ad portam languidórum se
transférre illic cum céteris víctui suo
necessária mendicátm. Hujus quem
díximus lánguidi membrórum tantus
stupor vitam omnem et sensum
ádemit : quod ad ignem applicáta

neque vivi³³⁸ ardóris nec ferro confixa
cruórí exitum aut cruciátum áliquem
sentiébant. Cujus déniqe notó-
riam³³⁹ imbecillitatém áliqui ipsíus
urbis íncole pietáte laudábili com-
patiéntes : locum in quo elemósynas
petitúrus de more consédit : ne a
cánibus aut céteris béstii non valénti
se défendere nocerétur : quadam
cláusura ex vírgulis facta sepe valláre
fecérunt. Tu autem Dómine [mise-
rére nostri].³⁴⁰

Lectio ij.

Vir iste post biennálem prope íbidem expectatióne clara voce protestátus apparuísse sibi in visióne Osmúndum epíscopum, jussa ipsíus plúribus patefécit, pro recuperánda sanitáte ad tumbam ipsíus debére deférri. Et licet áliqui primum tanquam pro vano sómnio hóminem deríderent : póstea tamen re secúta opéribus crídere compellebántur. Impetráto ígitur tandem ut cujúsdam viri vehículo injéctus abhinc máníbus et bráchiis hóminum (ut qui suórum áctuum destitútus offício stare aut pérgere non posset) donec ad

sepúlchrum beáti viri pervenirétur sustentátus est. Inníxus ergo lápidi et fidúciam habens in Dómino : sequéntem noctem tum vigíliis tum oratiónebus íbidem devóte transégít. Mane autem facto surgit eger, non tamen eger, sed pleníssime rédditus sanitáti : qui ad monuméntum in moménto per se mirabíliter eréctus ac consequénter sanus in laudem Dei multis concomitántibus ad altáre procédens, ipsum Deum in sui curatióne mirábilem prédicat in sanctis suis.

Lectio iij.

Fuit in eádem urbe fémina quedam Alícia nómine : que cecitatis infortúnio per triénnum laborábat. Hec cum multa loca sanctórum devótis gréssibus visitáasset : semper in eódem statu pérmans, qualis exívit talis revérsa est. Volens

ergo Deus osténdere mulíerem ipsam intus habére quod foris quesívit : fecit veníre in mentem suam ad tumbam Osmúndi prodésse sólvere vota. Quod cum fecísset : mox ibi optátum visum miraculóse suscépit. Tu autem Dómine miserére [nostrí].³⁴¹

¶ Dominica infra octavam.³⁴²

Lectio j.

HEnrícus primum Sarisburiénsis decánus póstea Bajocénsis epíscopus, quemdam in sua domo servórem hábuit ruptúra intestinórum virílium que ad bursam descendérunt

pregravátum³⁴³ miserabíliter. Tanta fuit in hómine hujus casus moléstia ut preter inépti loci gibbositatēm ob quam incédere non posset : étiam tenuis pellícule que ponderósa víscera

continébat, ruptiónem índies formidábat. Quid plura ? Vis egritúdinis

plúribus nota est : sed ipsa curándi via nova et inaudíta est.

Lectio ij.

Veniénte hómine in témplum Dómini ac ad monuméntum gloriósi confessóris decubánte : post vigílias uníus noctis revérsis intéstinis in locum suum, omnis ab eo evánuit egritúdo. Mira res. Ascendénte ad te

Dómine oratióne viri : méritis beáti Osmúndi ascéndunt et víscera, omnis [83v.] fractúra et erúptio solidátur. Ascéndit inquit ad te oráto sua : et descéndit super eum misericórdia tua. Tu autem Dómine [miserére nostri].³⁴⁴

Lectio iij.

AT autem majóra repeténdo de morbis ad mortem, de morte ad vitam sermónen vertámus : ex ore infántium et lacténtium qui aquis demérsi méritis Osmúndi multi número restitúti sunt : celebritátis nostrae laudem dúximus cumulándam.

Dum adhuc corpus memoráti pontíficis in véteri castro pausáret : puélla párvula per fontem quandam ibi solivága tránsitum fáciens : in ipsum casuáliter labebátur. Tu autem.

Lectio iiij.

DEnique compérta re ipsa ex abíssso leváta, non tam frígida quem secúndum legem vere mortis rígida et exánimis pro astántium judício reputáta est. Cujus quidem rei signum videbátur, quóniam cálidis póstea induméntis circunvolúta est, atque ad ignem váriis attractionibus³⁴⁵ ab hora nona usque ad vésperam sepe versa in éadem habitúdine permánsit : et non erat in ea neque vox neque

sensus. Cunque jam tunc multi de exéquiis tantúmmodo cogitárent : et paréntes tamen et nutrix ejúsdem sóbolis quorum incúrie tam miserándus casus ascríbi viderétur postquam ómnia extréma inutíliter tentássent : tandem beatíssimo confessóri vota cum multis deprecatióibus et láchrymis ingéminant. Tu autem.

Lectio v.

Alrum in modum cum nocte
média matutinárum primum
insónuit officium ecclésie cathedralis :
ad ingéntem consolatióne astántium
proles ipsa se aliquántulum movére

videbátur. Sed heu mox in priórem
mortem (an extásim dicam néscio)
resolúta : tam perseverándi paréntibus
causam dedit : quam fuit gáudium
illud breve.

Lectio vj.

Illucescénte ígitur auróra
déferunt ad ecclésiam exánime
prorsus ut visum eis est corpus :
ipsóque intérea ad sepúlchrum
beatíssimi présulis collocáto supra
petram ad precum instántias ílico se
convértunt. Et ecce mox puérula
óculos apériens : alácri fronte manum
erga nútricem pórrigens palam
ómibus subrídere visa est. Ex quo

die paulátim íntegre convaléscens vixit
felíciter annis multis. Quis ergo nisi
incrédulus máximum non mirétur
miráculum, ad gélidi mármoris
tactum vitam pótius redíre : quam
ignis naturális calóre ? Sed hoc totum
non ália re crédimus esse factum : nisi
ut manifesténtur ópera Dei voléntis
mirificáre sanctum suum.

CQuando festum sancti Osmundi sabbato contigerit : tunc in dominica sequenti
legantur iste sex lectiones ut supra in tribus : et fiant medie lectiones de sancto Kenelmo
rege et martyre. Et quando dominica a festo vacaverit : tunc legantur sex lectiones ut
supra cum expositione Evangelii. Homo quidam péregre. [814]. vel *Evangelium*.
Vigiláte quia néscitis. [836]. Et legantur alternis vicibus.

Die sexta.

Lectio prima.

CUm ex augústo Augústi
Cesáris burgo : ad spaciósum
amenitatis campum Saris-
buriénsis ecclésia cum suis minístris :
sicut Deo plácuit transláta est : corpus
gloriósi confessóris Osmundi quod
superióri loco centum ac vigínti annis

miráculis chorúscum requiévit tan-
quam precípuus ipsórum thesáurus
non póterat post terga relínqui. Ad
cujus déniique monuméntum novum
vidéres índies eo frequentiéra mirá-
cula : quo natúra loci ad consuetiéra
in párvulis presértim ut sunt incáuti

disponébat infortúnia. Nam cum vetus illud castéllum super édita et montána fundaménta prominéret constitútum : hec profécto novélla cívitas in loco demissióri et aquóso várriis torréntibus ac flúviis vicátim distíncto notórie sita vidétur. Ex quo proculdúbio sepe númeru accidit ut parvulórum etas dúbii expósita

cásibus vim ibi aquárum exundántium étiam ad multórum ut visum est intérítum miserabíliter experirétur. Sed si intélligas quótiens hoc infortúnio lapsos virtus hujus sancti ad vitam resuscitávit : fatéberis plane non esse ante lectum id álii sanctórum tótiens contigísse. Tu autem Dómine [miserére nostri].³⁴⁶

Lectio ij.

Puer quidam apud novam [84r.] Sarisbúriam in vico cui nomen est [Ricardus]³⁴⁷ interminábilis flu- men mersus, cum ex aquis levabátur : invéntus est sine ullo signo vite. Hinc ad tumbam beáti Osmúndi (ita enim ab íncolis appellári consuévit) círciter horam sextam post meridiem addúctus : orántibus ínterim amícis usque post noctis médium exánimis jacére visus est. Inter primam autem horam extunc et secúndam : exaudíta est orátko deprecántium ipso íbidem púero vite prístine restitúto. Alius quoque púerulus duórum etátis

annórum in quodam alto et rotúndo púteo, juxta mansiónem patris sui profúndis áquis absórptus : binas círciter horas ubílibet inquisítus : tandem ibi invéntus mórtuus ex- tráctus est. Pro cujus obtinénda vita Deo et beatíssimo présuli emíssis votis demum post duas álias horas revíxit puer : ac cuídam eum bajulánti in ulnis hec verba loquebátur, Thoma eámus [ad ecclésiam].³⁴⁸ Ibi ergo consequénter ab amícis Deo ac beáto viro grátiis actis conváluit : et crevit puer benedícens Deum in sanctis suis. Tu autem.

Lectio iij.

LAnc grátiam resuscitatiónis parvulórum tot vícibus ad declaránda confessóris sui mérita Dóminus ostendébat, ut si quémlibet evéntum singuláriter exponerémus viderétur profécto ex³⁴⁹ pluralitáte

cásuum res eádem plúries refricáta. Conténti ergo exémpli grátia istis paucis : audácter étiam profitémur eádem vite beneficia adúltis plúrimis casus et status suos póstea con- fiténtibus : divíno múnere ac sancti

viri mérito fuisse colláta. Quorum nempe álii cum hóstili ferro transfixi, álii massis métallicis ad cérebrum usque percússi, álii rapido flúminis cursu submérisi, álii fíbribus acútis ac

céteris infirmitátibus exánimes effécti : profúsis per amícos ad sanctum oratiónebus atque votis vite ac incolumenti desideratíssime restitúti sunt. Tu autem Dómine.

C Septima die de solennitate sancte Marie Magdalene, ix. lectiones et memoria de sancto Osmundo cum antiphonis tribus nocturni.

Si dies dominicus infra octavas³⁵⁰ evenerit, fiant tres prime lectiones de dominica : videlicet lectiones suprascripte, et inde legantur bine et bine : et sic de illis sex lectionibus fiant tres. Et tres medie lectiones de sancto qui contigerit in illa dominica, et sic per totas octavas quarta die excepta : que sola a festo vacat. Tres ultime lectiones de expositione Evangelii ut supra.

C In octava translationis sancti Osmundi.

(xxij. Julii.)

Lectio j.

C Um sédulo mente capti ad sepúlchrum beáti viri restítui meruérunt : Johánes quidam intolerábili furóre labórans ad capéllam beáta Vírginis ubi sanctum corpus jacébat témpore³⁵¹ celebráto misse offício de ipsa eádem Vírgine cáthenis et vínculis férreis máníbus colligátis ab amícis dedúctus est. Coáctus ígitur dum álii orássent se intra concavitátem túmuli inclináre stupéndo evéntu cum Agnus Dei Deo

Patri pro peccatóribus immolátur víncula de bráchiis sponte cadunt : et ille seípsum érigit mente sanus. Céterum cum álias uxor cujúsdam pre nímio dolóre déntium mentis quasi exílium³⁵² passa, in eódem loco cum márito suo ad oratióne esset constitúta : súbito dens mórbidus ab ore illius exíliit, [et]³⁵³ ipsa contínuo ab omni dolóre efficáciter liberáta. Tu autem Dómine [miseré nostri].³⁵⁴

Responsoria sicut in die. {796}.

Lectio secunda.

POcte quadam cum Thomas cléricus sanus ut sibi videbátur et incólumis se sopóri dedísset : súbito evígilans sensit álteram tibiam contráctis nervis ad posterióra curvátam nec in rectam posse reflécti. Ex ipsa ergo parte de cétero báculo se susténtans : triduánis tandem oratióibus ob spem salútis sue monuméntum venerándi présulis visitávit. Nocte vero diéi tértie visus est Osmúndus sibi in somnis apparére : apprehensóque illíus pede crura et póplites nervórum restrictióne dissoluta ad prístinum modum fórtiter reclináre. Mane autem facto cernens

se cléricus pleníssime restitútum, abjécto báculo, erécto gressu procédit ad ecclésiam, Deo et liberatóri suo grátias agens. Alius ínsuper cléricus étiam Thomas nómine, ádeo tertiana febre diu infirmátus et exinanítus est : ut per unam horam mórtuus aut mórtuo símilis pénitus viderétur. Qui repénte in magnum clamórem prorúmpens : beátum Osmúndum trina recitatióne nóminis invocávit. Inter- [84v.] rogátus quid sibi visum esset : Osmúndus inquit cum cùspide báculi sui ómnia ea que anhélitum meum impediébant amóvit : et me vite et sanitati restítuit.

Lectio iij.

Agnes quedam adolescéntula nove urbis cum forte apud domum paréntum in édito constitúta festinabúnda³⁵⁵ descéndere nitebátur in quoddam superacútum veru illic ante imprudénter eréctum ignára ruit : ac de sub umbílico per totum médium cóporis ad scápulas usque letáliter perforáta transfigitur. Cujus déniqüe mater tam miserándum plangens evéntum : extrácto ferro voluit filiam consolári : sed non erat in ea cujúsquam judício sensus aut vita. Jamque horréndi casus immanitáte omnem humánam artem et ingénium

excedénte : omnes qui astábant divínū beáte Vírginis ac beáti Osmúndi patrocínium provolúti in terram devóte ac supplíciter invocabánt. Et facto re vera brevi intervállo puélla revíxit : et intra paucíssimos dies integérrimam sanitatem accépit. Que ámmodo cùpiens hanc novam sibi concéssam vitam securiōre conversatióne transígere : postquam ad sepúlchrum beáti présulis sua et paréntum vota pro tanto miráculo persolvísset : mundo renúncians apud Ambrósii burgum in monastério moniálium séptimo prope

ab eádem urbe miliário sacrum est | indúta vélamen.

Medie lectiones de sancto Apollinare.

Lectio j. Beátus Apollináris. *ꝝc.* {875}.

Tres ultime lectiones de expositione Evangelii Homo quidam pérégre. [814]. *vel de expositione Evangelii.* Vigiláte. [836]. *de communi unius confessoris et pontificis : et legantur ut prenotatum est.*

De festo depositonis beati Osmundi confessoris³⁵⁶ omnia fiant sicut in translatione mutatis verbis de translatione in depositionem : sex lectiones de miraculis.

Lectio j. Postquam transcúrso preséntis vite. {819}. *Expositio Evangelii.* Homo quidam pérégre. [814]. *vel Vigiláte.* [836].

¶ *Sancti Kenelmi regis et martyris.*

(xvij. Julii.)

Oratio.

KMnípotens et misericors Deus qui nobis precláram hujus diéi letíciam pro beati Kenélmi regis et martyris tui solennitáte tribuísti : inténde serénus vota fidélis pópuli, et

concéde : ut cujus hódie festa percólimus, ejus semper méritis et précibus sublevémur. Per Dóminum nostrum.

¶ *Ad matutinas.*

Tres lectiones fiant. Invitatorium duplex.

Lectio j.

KEnúlphus gloriósissimus et piíssimus rex Merciórum anno Dómini octingen-tésimo nonodécimo, impérii vero sui vicésimo quarto migrans ad sidéreum regnum patérno afféctu herédem propósitum relíquit filium Kenél-mum. Erant Kenélmo régie germáne Quendrída (que póstea fratérnum sanguinem hausit) et Burgenílda : que fratrem sorória affectíone diléxit. Puer inter cándida Anglórum pignóra : speciósus forma : illustránte supérra grátia Deo et homínibus florébat etátula. Prevéntus a Deo spíritu dilectionis ac benignitatis : multis carismátibus gratiárum apparébat filius divíne adoptíonis. Hunc evo párvulum sed ánimo ac pietáte magníficum : in regem

élégerat amor sui pópuli juxta natalícum privilégium et testa-méntum patris Kenúlphi. At Quen-drída sevo livóre et regnándi am-bitióne stimuláta insidiabátur illi : ut Heródias Johánni, ut Helie Hiézabel, ut Cayn³⁵⁷ Abel. Quem cum venéno non posset extínguere : ejus nutrí-cium et procurátorem íntimum nómine Ascebértum (quia non est perniciósior pestis : quam familiáris inimícus) ingéntibus prémiis et spe consórtis impérii armat in fratérnum júgulum. Tali modo ínvicem consi-liáti, abscondérunt láqueos : inten-dérunt arcum : paravérunt sagíttas suas in pháretra : ut sagíttent in obscúro rectum corde. Tandem Ascebértus ut ille alter Scárioth próditor dómini sui capta occasióne

sceléris³⁵⁸ maturándi Kenélbum addúxit in silvam grátia venándi : quasi oblectándum amóre stúdii patérdi. Ille vero³⁵⁹ imitátor Dómini ut agnus ductus ad víctimam : preságia mente crúentum hostem comitabátur ad corónę glóriam. Septem círciter annórum etáte tunc puer fuísse

describítur. Ubi vero silve approximárunt, tenéllus púsio somno pregravánte equo delábitur : ibique récubans secúrus malórum totus soporátur. Tunc cruentíssimus nütícias pro cunis et léctulo fossam parat : in qua eum cítius óbruat. Tu autem [Dómine miserére nostri].³⁶⁰

Lectio ij.

Sanctus puer Kenélmus postquam expéríscens consílium prevénit laníste : fertur prophética mente sapiéntiam párvulis prestánte Dómino : dixísse, Frustra hanc mólitus es michi spelúncam : non enim hic ut cógitas, sed remotiōri loco ubi Deus présidit occúmbam. Unde certum dabit tibi signum hec virga (nam virgam manu gestábat et terre affixerat) si modo plantáta fróndeat. Hec eo pronunciante : statim radicáta virga cepit frondescere. Unde adhuc ingens fráxinus osténditur : que in memóriam beáti Kenélmi célebris habétur. Asserítur quod jam decollándus beátoru Kenélmus sacrum hymnum Te Deum laudámus : te Dóminum confitémur incéperit atque in illo versu Te mártirum candidátus laudat exércitus : jugulátus occubúerit. Illoco autem ímpius percússor cesum innocéntem terra óbruit : nec

quicquam ratus quod illa desérti vástitas scelus suum abscónderet cum Véritas clamet, Nichil opértum quod non revelétur. Dénique qui celo teste erat martyrizátus : celo teste est declarátus : quátenus fúlgida lucis colúmna ab étheris árcibus sepe viderétur super eum effusa. Quem étiam ab humána notícia abscóndere nitebátur inhumánitas belúina : illum prodébat homínibus pecuális diligéntia. Cándida namque³⁶¹ bos cùjisdam ut fortur vídue relícta pública páscua ab alto monte ad ínfimum sepúlti monuméntum decúrrit : ibique inseparabilis adhésit mira videlicet oblectatiōne divinitus attrácta et allécta ut nullus inde avélli posset instántia sive invénta, sive ignóta. Quótiens vero nota stábula domi repetísset plena totum arméntum duplo lactis superábat cópia, tam salúbri circa sanctam glebam pascebátur herba et grátia.

Miróque modo quod vésperi detónsum erat : recrescénte viróre mane abundántius inveniebátur.

Hinc autem locus idem vacce vallis appellári assuévit. Tu autem.

Lectio tertia.

KUendrída empto per fratri-cídium regno potíta : tali edícto omnes térruit, ut si quis Kenélmum requíreret vel indicáret vel étiam nomen loquerétur : sine dilatióne cápite plecterétur. Hinc est quod de celo indicábant clara luminária : et in terris quodámmodo muta loquebántur animália, nec mutíre audébat humána ignávia et gémitum extíncti dómini premébant ab indictióne³⁶² terrífica. Verum prefúlgida lucérna que obfuscabátur in Anglica pátria, clárius emíciuit in arce mundi Roma, quátinus látius diffúnderet illa excelléntia : quod claudébat angústa invídia. Nam cum Leo papa júnior missárum solénnia innumerábili pôpulo astánte celebráret : ecce colúmba super nivem cándida désuper palam ómnibus appáruit que níveam membránam áureis lítteris Anglice inscríptam blando rostro ferens : super altáre beáti Petri depósuit : sicque in altum subláta dispáruit. Sacer autem apostólicus cum tremóre respíciens novam cédulam ignótis verbis ac lítteris éditam : pôpulum diversárum natiónum ad beátum

Petrum cónfluum obtestátur quátinus indicárent : si quis inter eos áliquid hujus epystoláris relatiónis cognovísset. Intérerant tot terrárum convéntibus plerique Angli atque Mércii : sive in Anglica scola a superióribus Anglórum régibus Rome ordináta constitúti : sive ab ipsa Anglia recénter adventíci. Ab his recitátur sacra epístola : cuius interpretatio est ista. In Clenco vacce valle Kenélmus régius natus : jacet sub spina cápite truncátus. Tunc vero obníxius papa insisténte, postpósito femineárum³⁶³ minárum terróre : Anglígene cives ómnia suo órdine et signa super eum visa exposúere. Dehinc memóratus papa mittit cum Anglicis fidélibus legátos cardináles : cum lítteris et potestáte apostólica ad archiprésulem Wílfredum Dorobérnie : ceterósque pontífices Anglórum. Ipsum quoque célitus alláte epístole mittit indíctum, quátinus de indígnō latíbulo in ecclésiam Deo plácitam probáibilem Dei mártyrem transférrent Kenélmum : in patrocínium videlicet multórum venerándum. Itaque ad auctorátem

apóstolicam et archiprésulis poténtem
grátiam tota plebe Merciórum atque
[85v.] Anglórum conspiránte : excípitur
sacrum corpus Kenélmi cum supérna
laude : quátinus transferrétur ad
béatum genítorem suum Wynchel-
cúmbe,³⁶⁴ ubi idem Deo amábilis rex
requiéscit in templo : quod ipse Dei
Genitríci regáliter cóndidit : ac
régiis³⁶⁵ ópibus éxtulit cum ibi

firmáverit óppidum muro cinctum.³⁶⁶
Impiíssima autem Quendrída eódem
témpore manifestáta Dei ultióne
cecáta, et post multos cruciátus
péssima morte defúncta : plúribus
locis sepúlta, nusquam remanére
pótuit, donec angélica revelátione in
quandam semótam profunditátem
projécta est. Tu.

Cetera de communi unius martyris. [679].

¶ Sancti Arnulphi episcopi et martyris.

(xvij. Julii.)

Tres lectiones fiant.

Cetera de communi unius martyris et pontificis [679]. cum ista oratione.

Adésto supplicatiōibus nostris
omnīpotens Deus : et quibus
fidūciam sperānde pietatis índulges :
intercedēnte beáto Arnúlpho mártyre

tuo atque pontífice, consuēte miseri-
córdie tríbue benígnus effectum. Per
Dóminum nostrum.

¶ Sancte Margarete virginis et martyris.

(xx. Julii.)

Novem lectionum [sine expositione].³⁶⁷

Oratio.

Deus qui beatam virginem Margarétam hodiérna die ad celos per martyrii palmam venire

fecisti : concéde nobis quésumus : ut ejus exémpla sequéntes ad te pervernére³⁶⁸ mereámur. Per Dóminum.

¶ Ad primas vesperas fiat processio ad altare ejusdem : cantando R. Audi filia. in communi [897]. et V. Ora pro nobis. Quere in communi unius virginis et martyris. {890}.

In redeundo de sancta Maria.

¶ Ad matutinas.

Novem lectiones.

Lectio prima.

Adest nobis dilectissimi, beáte Margaréte virginis et martyris optátus dies, ídeo cum summa exultatione congáudeat ecclésia nostra : tante virginis illustrata natáli. Jocúnda sane fieri debet de hac vírgine et ejus integritaté festivitas : ex qua velut spéculo spécies refúlget castitatis, et forma virtutis. Decet itaque filios ecclésie preséntis

diéi solennitátem devótius celebráre, ut cujus memóriam digne frequen-táverint in terris : patrocínia sentíre mereántur in celis. Nos ergo licet infructuósi ópere, licet impériti sermóne, talis tantéque virginis veneránda solénnia débitis láudibus prosequámur : ut cujus vita forma fuit disciplíne : ejus pássio exéplum sit patiéntia.

Lectio ij.

Fuit itaque beáta Margaréta Antiochénis ingénuis orta natálibus : Theodósii ydolórum príncipis³⁶⁹ filia. Que cum primo pubésceret evo et castis pudicítie

móribusadoléseret : audítis mílite Christiáne pugnis, triúmphis, miráculis, relícto ydolátrie ritu : salutíferam Christi fidem sitibúdo amplexátur afféctu. Hec virgo pul-

chra fácie : sed púlchrior fide, virgo erat non solum córpore, sed étiam mente : que nullo doli ámbitu sincérum adulterávit afféctum. Fuit autem beáta virgo timórís Dei instántia prédicta, religióne compta, compunctíone profúsa, honestáte laudábilis, patiéntia singuláris. Nichil

erat in óculis torvum, in verbis áasperum, in áctibus inverecúndum : non gestus fráctior, non incéssus solútior, non vox petulántior, ut ipsa spécies córporis, simuláchrum fúerit mentis et figúra probitátis. Tu autem [Dómine miserére nostri].³⁷⁰

Lectio tertia.

DUm virgo sacratíssima humili-tatis opéribus inténta, circa nútricis sue gregem custódia tene-rétur : preféctus quidam Olybrius³⁷¹ nómine, a senátu Románo in illas partos dirígitur. Qui truculénta tormentórum edícta ortodóxe fidei cultóribus írrrogans : de Asia in Anthióchiam proféctus, Christi nomen impróbe persequebátur, et nulla pópuli Christiáni strage pertérritus, Christi membra inces-sánter vel premébat, vel perimébat. Qui hujus vírginis venustátem vultus egrégiam, non stíbio conféctam : sed speciositaté natíva depíctam cóntem-plans oculórum lenocínio captus labéscit in luxum : et stímulis clandestínis inflammátus festinat ad cóitum. Missis ergo apparítóribus : jussit eam suis conspéctibus pre-sentári. Cápitur itaque a minístris dyáboli civis celi : et inter lupínam

vesániam ovis mansuéta dedúcitur hac Deum oratióne interpéllans, Ne perdas cum ímpii Deus ánimam meam. Preses eam nunc móllibus palpans, nunc mordéntibus secans, nunc promíssa multíplicans, nomen invéstigat, genus intérrogat, cóitum³⁷² [86r.] petit, cultum inquirit. Illa vero nomen détegit, pandit originem, lenocínii detestátur feditátem, Chris-tiánam profitétur religiónem. Ad quam preféctus, Ergo ínvocas nomen Christi : quem patres nostri crucifixérunt ? Que respóndit, Patres tui interfecérunt eum : et ídeo periérunt, maláque eórum áctio nostra fuit redémptio. Ipse autem pérmanet in etérnum : et regni ejus non erit finis. Irátus preses obscuríssimo trudit ergástulo. Ingressúsque Anti-óchiam, ydolis thura incéndit, victimásque ímmolat execrándas. Tu autem.

Lectio iiij.

Postera die sedens pro tribunáli, accersíri sacram vírginem jubet, hortans eam Christi fidem respúere : deos suos colére : ampléxibus suis inclináre, propónens in médium : vel vite brávum pro consénsu, vel mortis supplícium pro contémptu. Sed vicit matériam formídinis vis amóris, nec cóncipit moriéndi metum, dum ad solum Christi aspirat aspéctum. Respóndens itaque beáta virgo : dixit,

In nullo horum tibi conséntio. Christus enim verus est Deus et Dóminus ómnium. Dii vero tui : ydóla surda, et muta, et falsa sunt³⁷³ atque falléntia. Ego corpus meum tradam : ut cum justis virgínibus requiéscam. Christus pro nobis semetípsum trádidit in mortem. Ego pro ipso mori non dúbito, qui mórtuos súscitat : et indeficiéntis evi thesáuros admínistrat.

Lectio v.

His audítis : preféctus felle amarítudinis motus ad minístros dixit, Atrocíssimis carnes ejus flagris discérpite, et intéstinis corde tenus patefáctis deórum nostrórum blasphémiam vindicáte. Expoliátam ígitur véstibus vírginem, sed fidei lórica vestítam in áerem suspéndunt, et virgis subtilíssimis cedunt : tolléntem óculos in celum et dicéntem, Dómine Jesu Christe in te sperávi non confúndar in etérnum : neque irrídeant me inimíci mei. Ipsa vero in oratióne perseveránte : questionári cedébant ténerum corpus ejus. Sanguis autem cum tanta effusióne decurrébat : ut flerent astantes, compateréntur persequéntes. Cunque³⁷⁴ jam particulátim carnes ejus carnificibus succédentibus decidérent

Olybrius dixit, Cónsule tibi Margaréta : et hanc superstítiosam désere sectam, deósque poténtes cole : ne adhuc quod súperest preséntis amíttas vite. Christi sponsa respóndit, Tu facis ópera patris tui Sáthane. Ego autem non áudio te : nec adóro deos tuos surdos et mutos hóminum mánibus factos, sed glorífico et adóro Dóminum meum Jesum Christum factórem et rectórem ómnium. Ille enim ex níchilo cuncta creávit. Ille celum solis rádiis illustrávit : et váriis stellárum chórēis depínxit. Ille verus de Deo Deus pro homínibus homo factus, nocéntis mundi crímina próprii cruoris effusióne detérsit : et justus pro injústis moriéndo calcáto mortis império, die tértia semetípsum a mórtuis suscitávit : et solúto quod

opórtuit pro scelérum expiatióne
précio, cultóres et dilectóres suos
glórie Patérnas coherédes effécit.
Quo audito : Acutíssime inquit
préfectus afferántur úngule : quibus

supérstites sacrilége dirumpántur
carnes. Mox ejus jussa compléntur :
et detéctis víscerum íntimis mactátur
hóstia Christi.

Lectio vj.

VIdens itaque préfектus quod
nichil proficéret donec exquisítá
torménta excogitáret quibus eam
perímeret : in latebróso cárceris fundo
sanctam vírginem inclúdit, sed furvam
calíginem celéstis splendor irrádiat.
Dum autem carcerálibus vínculis
artarétur, vir quidam Christianíssimus
nómine Theóphimus : et nutrix beáte
vírginis panem et aquam ei in cárcere
ministrántes, per fenéstram aspici-
ébant, et oratiónes ejus scribébant, et
ómnia que ei contingébant cum Dei
timóre diligénter considerábant.
Valláta itaque sáncta virgo cárceris
munímine : flexis génibus alácri vultu
Dómínum precabátur, Grátias tibi ago
Dómine Jesu Christe qui michi in
perículis semper súbvenis, in
supplíciis júvamen impéndis : et
quicquid miníster iniquitáti congéssit
in penam : tua Dómine miserátió
commútat in glóriam. Jube ergo
Dómine ut inímicus qui me laténter
impúgnat effigie visíbili michi assístat
quátinus fácie ad fáciem cum eo
conflígam : et te in me vincénte

triúmphum obtíneam. Surgens ergo
ab oratióne dracónem terríficum [86v.]
conspéxit : qui erécto cápite, rictu³⁷⁵
fáucium apérto : sýbilis terribílibus et
squamárum stridóribus máximum
metum vírgini incússit. Cumque jam
pene ab ipsis bélue hyátibus
paténtibus absorberéatur : vexillo
Domínice crucis appósito,³⁷⁶ serpens
squálidus crépuit médius. Eádem
hora respíciens in partem sinístram,
vidit Ethyópem fulígine tetriórem
manus ad génua collígatas habéntem :
quem insértis in capíllos mórbibus,
péribus suis subégit clamántem et
dicéntem, Parce michi ancílla Dei :
incéndunt me láchryme tue, et
torquent me oratiónes tue. Videns
illum beáta virgo orávit et dixit,
Laudo et glorifico nomen tuum
Dómine Jesu Christe : vera vin-
céntium victória, per quem mundum
contémpsi, et in fragíli sexu constitúta
cállidi tentatóris insídias superávi.
Cum autem hec et multa ália díceret :
súbito lumen refúlsit in cárcere, et
crux Christi [porrécta]³⁷⁷ videbátur

usque in celum, et colúmba sedit super eam : et dixit, Beáta es virgo Margaréta : te sancte expéctant porte paradísi. Illa Deo grátias agens, investigáta dyáboli natúra : et

fráudibus tentatóris expósitis : dixit ad eum, Vade décéptor animárum Sáthana : et terra dehíscens suscépit eum. Tu autem.

Lectio vij.

Altérnis succéssibus sole terris diem reddénte júdicis nephárii tribunálibus presentáatur : quam hoc sermóne aggréditur, Jam vel sero in artículo mortis pósita, sacrífica diis : ne florem amíttas gratíssime juventútis. Beáta virgo respóndit, Deum celi et terre Condítórem adóro, eíque soli placére totis viscéribus concupíscō : ydóla tua surda et muta : corde íntegro contémno. Ad hec preféctus fúria invéctus : minístris dixit, Lampádes ardéntes circa látera ejus applicáte ut exústis cárbibus discat deos non blasphemáre. Uritur ítaque hóstia Christi in odórem suavitátis flammis visibílibus : sed invisíbili refrigerátur rore Spiritus-sáncti. Et quóniam virtúte constántie fervórem parvipéndit incéndii : festinátur ad novitátem supplícii. Affértur ítaque cuppa aqua repléta : in quam ligátis mánibus et péibus demérgitur : ut aquis intercépta, nece tetérrima damnétur. Illa vero in médiis flúctibus has ad Deum preces effúdit. Dírumpe Dómine víncula

mea : et tibi sacrificábo hóstiam laudis, et hanc aquam tua benedictióne sanctífica : ut fiat michi fons baptísmi in remissiónem peccatórum, et cognóscant astántes et credant, quia tu es solus Deus benedíctus in sécula. Compléta oratióne terremótus factus est magnus, et colúmba de celi cacúmine ádvolans, áuream in oro ferens corónam : cápti beáte vírginis insédit. Tunc solúte sunt manus ejus et pedes : et exívit de aqua laudans et benedíicens Deum. Vox quoque de supérnis sédibus per ampla áeris audítur spácia, Constánter certa Margaréta : quia omnis chorus sanctórum tuum prestolátur advén-tum. Astántes autem pópuli terremótum vidéntes, et vocem audiéntes : voce unánimi clamábant, Magnus est Deus Christianórum. Eádem hora credidérunt in Dómino quinque mília hóminum : excéptis muliéribus et párvulis. Qui in Aurélia civitáte³⁷⁸ prefécti jussu ducti : sanguine próprio baptizáti in campo qui vocátur Lymeth, pro Christi nómine cápitis

senténtiam accepérunt.

Lectio viij.

Post hec preféctus mártiris Christi fidem invincibilem prospéctans : eam cápitis animadversióne puníri precépit. Ducta ítaque extra civitátem in locum in quo rei puniebántur a spiculátore Malco nómine : sibi petit locum orationis concédi. Flexísque génibus : has súpplices mittit ad Deum preces, Altíssime seculórum Redémptor Deus grátias corde et ore tibi réfero, qui me de mundi hujus colluvióne³⁷⁹ abstraxísti : et ad hanc glóriam impolluto córpore perduxísti. Réspice ígitur piíssime Pater ad deprecatiónem meam, et presta, ut si quis supplícia que pro tui nóminis confessióne viríliter pérstuli,³⁸⁰ scríperit aut légerit : vel mei memóriam

fécerit, críminum suórum prome-reátur véniam : et in futúro immarcessibilem³⁸¹ percípiat corónam. Deínde qui in exámine distrícto me invocáverit : tua illi Dómine assit tuítio, eum de mánibus exactórís erípiens. Quicúnque étiam basílicam in honóre nóminis mei tibi dedicáverit, vel qui de justo labóre suo [87r.] michi luminária ministráverit : adipiscátur quicquid útile salúti sue petíerit. Et si in domo cujuscúnque me invocántis múlier pregnans partu laboráverit : ab imminénti éripe eam perículo. Infans quoque ex útero fusus : lúmine potiátor séculi hujus, absque suórum áliquo detriménto membrórum.

Lectio nona.

Fínita oratióne facta sunt tonítrua magna, et colúmba a stellifero celi missa sólio : tétigit illam dicens, Beáta es Christi sponsa Margaréta, que miserórum causas agis : et tui mémorum reminísceris. Ecce que petísti et que non petísti³⁸² : usque in finem séculi concéssa sunt tibi. Veni ígitur in réquiem pátrie celéstis : quia satis est quod huc usque certásti. Jam

tibi debéntur prémia perpétue remuneratióne : ut sociáta choris vírginum cum Christo regnes in evum. Pópuli autem qui astábant : tonítrui concussiόne pavefácti, in terram velut mórtui cecidérunt. Erigens dénique se virgo Christi : ímparat spiculatóri perficere jussa prefécti. Qui máximam Dei virtútem circa vírginem perspíciens³⁸³ : rénuit

dicens, Absit a me : ut mánibus viruléntis péríam te. Cui virgo respóndit, Si hoc non égeris : partem mecum habére non pótteris. At ille tremefáctus dixit, Dómine ne státuas michi hoc in peccátum. Et exémpio gládio caput ejus amputávit. Qui ad pedes vírginis décidens : statim spíritum exalávit. De beáte autem vírginis córpore glorióso colúmba exíliens vidéntibus cunctis celi secréta ministério angélico penetrávit. Vir autem quidam Christianíssimus nómine Theóphimus tulit corpus ejus, et aromátibus cónditum pósuit illud in sepúlchro : quod dato prémio émerat in civitáte Antióchia in domo Sinclécie matróne. Qui Theóphimus assídue beáte vírgini in cárcere ministrávit. Ad túmulum autem

sancte vírginis fit frequens concúrsus populórum : admiratióne virtútum et grátia sanitátum. Beáta ígitur Margaréta : salvo pudóris signáculo et vite currículo consummáto, gloriósum martyrii triúmphum proméruit, dum mucróne confóssa máluit sanguinem purpúreum fúndere : quam pudicítiam preciósam amítttere. Consummáta autem tertiodécimo kaléndas Augústi, sub Olýbrio prefécto in urbe Antiochéna cum virginitátis palma et martyrii coróna celi prémia possessúra : et cum centum quadragínta quáttuor mílibus melódiam virginálem modulatúra perréxit ad Dóminum : cui est laus decus et impérium, per nunquam finiénda sécula seculórum, amen. Tu autem.

Cetera de communi unius virginis et martyris. [877].

¶ Sancte Praxedis virginis non martyris.

(xxj. Julii.)

Oratio.

Assit plebi tue omnípotens Deus
beáte Praxédis vírginis tue sup-
plicatio : ut quicúnque ejus gaudent

honóre, tuo semper protegántur
auxílio. Per Dóminum.

Tres lectiones fiant.

Lectio prima.

Venerabilis virgo Praxédis
dum affligerétur propter
tránsitum germáne sue
Potentiáne, multi nóbiles Christiáni
veniébant ad eam : et consolabántur
eam una cum sancto Pio apostólice
sedis epíscopo. Eódem témpore virgo
Dómini Praxédis rogávit beatum
Pium epíscopum ut termas Nováti :
que jam in usu non erant in³⁸⁴

ecclésiam dedicáret : quia edificium in
eisdem magnum et preciósum
videbátur esse. Quod et plácuit
sancto Pio epíscopo, et dedicávit in
ecclésiam termas Nováti in nómine
beáte vírginis Praxédis in urbe Roma :
ubi constituit et titulum Románum.
In quo loco et baptistérium
consecrávit : sub die tértio idus
Mayas. Tu.

Lectio ij.

Post annos duos et dies decem et
octo, facta est persecútio magna
Christianórum : ut traheréntur ad
cultúram ydolórum, et multi martýrio
coronáti sunt. Virgo autem Dómini
Praxédis fervens in Spiritusáncto :
multos Christiános occultávit in
supradicto título, quos et cibo
pascébat et verbo Spiritussáncti.

Tunc divulgátum est Antoníno impe-
ratóri : eo quod convéntus fieret in
título Praxédis, et misit et tenuit
multos. Inter quos étiam tenuit
Symétrium presbýterum cum áliis
vigínti duóbus : quos sine inter-
rogatióne gládio puníri precépit in
eódem título. Tu autem.

Lectio tertia.

[87v.]

Corpora autem supradictórum sanctórum noctu beáta Praxédis collégit : et sepelívit in cimitério Priscílle sub die séptimo kaléndas Júnias. Tunc afflictiónē constrícta beáta Praxédis ingémuit, et orávit ad Dóminum ut transíret ex hoc mundo. Cujus oratiónes et láchryme ad Dóminum Jesum Christum pervernérint. Post dies enim trigínta et

quátuor post martyrium et corónam supradictórum sanctórum : migrávit ad Dóminum virgo sacra, sub die duodécimo kaléndas Augústas. Cujus corpus Pastor présbyter sepelívit juxta patrem suum in cimitério Priscílle via Salária, ubi hódie florent oratiónes sanctórum, per Dóminum nostrum Jesum Christum : qui vivit et regnat in séculórum, amen.

Cetera de communi unius virginis non martyris. [916].

I [In festo]³⁸⁵ sancte Marie Magdalene.

(xxij. Julii.)

Ad [primas]³⁸⁶ vespertas.

Super psalmos.

AS:456; 1520-S:43r; 1531-S:87v.³⁸⁷

Ant. I.v.

4581.

 E-cumbénte * Je- su in domo pha-ri-sé- i Sy-

mó-nis, accé-dit ad e- um Ma-rí- a Magda-lé- ne áffe-

rens pre-ci- ó-si li-bram unguénti. Ps. S. A. E.

Psalmi feriales.



Capitulum. (Proverb. ultimo [xxxii. 10.])


AUliérem fortē quis invéniet ? prémium ejus : confidit in ea cor viri
procul et de últimis finibus sui, et spóliis non indigébit.

AS:456; 1520-S:43r; 1531-S:87v.³⁸⁸


Resp. I.

sar0649.


 cer- te * pre- cí- pu- us Ma-rí- e Mag-




Sancte Marie Magdalene.




da- le- ne a- mor que a mo-numénto. †Domí-ni-



co discí-pu- lis re-ce-dén- ti-bus non re- cés- sit.



¶. Ardó-re ca-ri-tá- tis succén-sa quem se-púltum nó-



ve-rat sublá-tum cre-dens de se-púl-chro. †Domí-ni- co.

¶. Glória Patri. 93*. †Domínico.

HS:164v; 1520-S:42v; 1531-S:87v.³⁸⁹

Hymn.


II.




Ollaudémus Magda-lé-ne * láchrymas et gáudi- um :



Sonent vo-ces laude ple- ne de concéntu córdi- um : Ut con-



córdet phi-lomé-ne túrtu-ris su-spí-ri- um. 2. Je-sum que-



rens convi-vá-rum turbas non e-rú-bu- it : Pe-des unxit

Sancte Marie Magdalene.

lachrymá- rum flú-vi- o quos áblu- it : Cri-ne tersit et
culpá-rum vé-ni- am pro-mé-ru- it. 3. Su-um la-vit munda-
tó-rem ri-vo fons immá-du- it : Pi- um fu-dit flos liquó- rem
in ipsum refló-ru- it : Ce-lum terre de-dit ro-rem terra
ce- lum cómplu- it. 4. In pre-dúlcí mixti- óne nardum fe-rens
pís-ti-cum : In unguénti fu-si- ó- ne ty-pum gessit mýsti-
cum : Ut sa-né-tur uncti- óne unxit e-gra mé-di-cum.
5. Pi- e Christus hanc respéx-it spe-ci- á-li grá-ti- a : Qui- a

Sancte Marie Magdalene.

multum hunc di-léx- it dimittúntur ví-ci- a : Christo quando
 re-surréx-it facta est pre- núnci- a. 6. Gló-ri- a et honor
 De-o qui paschá-lis hósti- a : Agnus morte pugne le- o
 victor di- e térti- a : Re-surréx-it cum trophé- o mortis
 fe-rens spó-li- a. A-men.

V. Optimam partem elégit sibi María.

8163.

R. Que non auferétur ab ea.

AS:456; 1520-S:43v; 1531-S:87v.³⁹⁰

Ant. VII.i.

N di- é-bus il- lis * mú-li- er que e-rat in ci-vi-
 tá-te péc-ca-trix ut cognó- vit quod Je-sus accubui- ís-set

3224.

Sancte Marie Magdalene.

in domo Symó-nis lepró-si, áttu- lit a-la-bás-trum
unguénti et stans retro se-cus pe-des Dómi-ni Je-su
lá-chry-mis ce-pit ri-gá-re pe-des e- jus et ca-píl- lis
cá-pi-tis su- i tergé-bat et oscu-la-bá- tur pe-des e-
jus et unguén-to ungé-bat. *Ps. Magníficat. 67**.

Oratio.

LArgíre nobis, clementíssime
Pater, quod sicut beáta María
Magdaléne Unigénitum tuum super
ómnia diligéndo suórum obtínuit | véniām peccatórum : ita apud
misericórdiam tuam, sempitérnam
nobis ímpetret beatitúdinem.³⁹¹ Per
eúndem.

¶ Memoria de sancto Wandragesilo abbe.

Ant. Similábo eum viro sapiénti. In communi. [847].

V. Amávit eum. [800].

Oratio.

DEus cujus grátia beáti Wandra- | abbátis vita éxitit laudábilis : ipsíus
gésili confessóris tui atque | intervéntu quod tibi plácitum est,

Sancte Marie Magdalene.

píetas tua operétur in nobis. Per | Dóminum.

Tunc eat processio ad altare sancte Marie Magdalene : cantando R̄. Regnum mundi. in communi. [902].

X̄. Dimissa sunt ei peccáta multa.

[R̄. Quóniam diléxit multum.]³⁹²

800106.



S Acratíssimam
Dómine beáte
Marie Magdaléne qua
celos súbiit celebritátem
recenséntes, supplíciter

Oratio.

rogámus cleméntiam tuam : ut qui
ejus devotiónis recólimus insígnia :
ipsíus mereámur compótes fieri glórie.
Per Christum Dóminum nostrum.
[R̄.] [Amen.]³⁹³

In redeundo de sancta Maria.

C Ad matutinas.

AS:457; 1520-S:43^br; 1531-S:87v.³⁹⁴

Invit.

I.



- té- num * tri-númque De- um laudémus et u-
num. †Qui si- bi Ma-rí- am transvéx- it in é- the-
ra sanctam. Ps. Ve-ni-te. 4*.

1020.

Sancte Marie Magdalene.

HS:166r; 1520-S:43^br; 1531-S:87v. ³⁹⁵

Hymn.
sar0802.

II.




S-timá-vit orto-lá-num * et hoc sa-ne cré-di-dit :
 Semi-ná-vit e-nim gra-num quod in mentem cé-ci-dit :
 Lingua mō-vit et non ma-num lingua Chris-tum índi-dit.
 2. Non agnó-vit fi-gu-rá-li la-téntem y-má-gi-ne : Mentis
 agrum spi- ri- tá-li exco-léntem sémi-ne : Sed cum e- am
 spe-ci- á-li de-signá-vit nómi-ne. 3. Hec a Je-su Je-sum
 que-rit sublá-tum conqué-ri-tur : Je-sum intus mente ge-rit
 [88r.] Je-sus pre-sens qué-ri-tur : Mentem co-lit mentem se-rit

Sancte Marie Magdalene.

Je-sus nec per-cí-pi-tur. 4. Je-su bone Je-su pi- e quid te
monstrans lá-ti-tas : Quid occúltas te Ma- rí- e mentem
cu-jus há-bi-tas : Intus ple-na ve-ro di- e nescit u-bi
vé-ri-tas. 5. O quam mi-re Je-su lu-dis his qui-bus di- lí-
ge-ris : Sed cum lu-dis non il- lú-dis nec fal-lis nec fál-le-ris :
Sed exclú-dis quos inclú-dis no-tus non ag-nósce-ris.
6. Gló-ri- a et honor ti-bi spes vi-ta lux á-nime : Per quam
spe-rant se pros-crí-bi libro mortis péssime : Prestent si-bi

Sancte Marie Magdalene.




nos ascrí-bi pecca-trí- cis láchryme. A-men.

In j. nocturno.


AS:457; 1520-S:43^bv; 1531-S:88r.³⁹⁶

1. Ant. Li.

2445. Um discu-bu- ís-set * in domo Symó-nis Dómi-



nus Je-sus mundi gló-ri- a mú-li- er se-cum que e-rat
pec-cá-trix : nardi odo-rí-fe-ra exhí-bu- it unguénta.



Ps. Dómine Dóminus noster. (vij.) [I7].


AS:457; 1520-S:43^bv; 1531-S:88r.³⁹⁷

2. Ant. II.i.

4848. E-cus pe-des * Dó-mi-num astans incessánter o-



re sacrá-to di-va vestí-gi- a oscu-lá- tur lá-chri-mis



ple-na. Ps. Celi enárrant. (xvij.) [34].

AS:457; 1520-S:43^bv; 1531-S:88r.³⁹⁸

3. Ant.

III.i.




R-ri-gá-bat * í-gi-tur Domí-ni-cos Je-su pe-des :



frac-to quoque al-la-bástro pre-cí-pu-is odó-ri-bus fragrá-



bat domus omnis, atque ca-pil-ló-rum offí-ci-o de-tergé-bat.



Ps. Dómini est terra. (xxij.) [93].

V. Diffusa est grátia in lábiis tuis. [886].

Lectio prima.

Fuit igitur secúndum séculi fastum claríssimis orta natálibus beatíssima María Magdaléne, que ut patrum assérunt traditíones, [a]³⁹⁹ Mágdalo⁴⁰⁰ castélllo María Magdaléne nuncupáta est : quam non solum sui gérminis dígnitas, verumétiam patrimónii jura parentúmque⁴⁰¹ succéssus spléndidam

reddíderant, ádeo ut duplícatus honor nómínis excelléntiam circunquáque diffúnderet. Sed quia rerum affluéntiam ínter dum volúptas comes séquitur : adolescentiórís vite témpora lúbricis supposúerat regénda dis-cúrsibus, solúto pudicítie freno. Tu [autem, Dómine, miseré nostri].⁴⁰²


AS:458; 1520-S:43^bv; 1531-S:88r.⁴⁰³

1. Resp. I.

7069.  E- té-tur * omne sé-cu-lum in so-lenni-

7069a. tá- te sancte Ma- rí- e. †Quam Je-sus e-tér-nus
A- mor di- léx-it plú-ri- mum. ¶ Hec Ma-

rá- a fu- it il-la Dómi-no gra-tíssi-ma : que unguénto
pre-ci- ó-so pe-des unx- it Dó-mi- ni. †Quam Je-sus.



Lectio secunda.

Hec póstmodum divíne compúnc-
ta respéctu misericórdie, mentis
intúitum in sese cepit retórquere, ac
prístine vite immundíciā admirári,
abominári, et seípsam⁴⁰⁴ condemnáre :
ac non medióriter judicáre. Ut ergo
cóperit Dóminum misericórdie
largítorem et críminum indultórem in
domum venísse Symónis : peni-

téntiam sibi assúmpsít cómitem,
mediatrícem, interventrícem, propi-
ciatrícem. Accépit étiam precio-
síssimum unguéntum, adhíbuit sibi et
ubertátem lachrymárum et cum
tálibus obséquiis ingréssa est ad
fontem pietatis. Accédit ad pedes
Salvatóris, láchrymis eos rigat, capíllis
detérgit, osculátur, unguénto per-

*Gregorii
Omelia 33.
post
medium.*⁴⁰⁵

fúndit. Sicque fit ut que immúnda vénérat : justificáta recédat. Líbeat fratres charíssimi immensitatēm Dóminice pietatis intúeri peccatrícem mulíerem ad misericórdiam trahéntis

et suscipiéntis. Ad phariséi prándium Dóminus discumbébat : sed apud peniténtem mulíerum mentis épulis delectabátur. Tu autem.

AS:458; 1520-S:44r; 1531-S:88r.⁴⁰⁶

2. Resp.

II.



Ec-to- re * sincé- ro Dómi-num Ma- rí- a

sar0654.

re-cón- dens : un- xit pur-gán- tem se.

sar0654a.

†Bap- tís- mi gúrgi-te sanc- to. *V.* Abs-

tér- ge dómi-na nox-is fámamu- los : pré- ci-bus su- is.

†Bap- tís- mi.

Lectio tertia.

A蒲 phariséum Véritas pasce- bátur foris : apud peccatrícem mulíerem sed tamen convérsam pascebátur intus. Unde et ei sancta ecclésia que sub spécie hínnuli cervórum querit, in Cánticis

canticórum dicit, Indica michi quem díligit ánima mea, ubi pascas, ubi cubes in merídie.⁴⁰⁷ Cervórum quippe hínnulus Dóminus appellátur, juxta assúmptam carnem antiquórum filius patrum. Fervéntior vero in

merídie estus ardéscit, et umbrósum locum hínnulus querit : quem estus igne non áfficit. In illis ergo córdibus Dóminus requiéscit, que amor preséntis séculi non incéndit, que carnis desidéria non exúrunt, que incénsa suis anxietátibus in hujus mundi concupiscéntiis non aréscunt. Unde et Maríe dícitur, Spiritussánctus supervéniet in te : et virtus Altíssimi umbrábit tibi. Umbrósa ergo loca in merídie ad pascéndum hínnulus


inquírit, quia tálibus méntibus Dóminus pásctur : que per respéc-tum grátie témeráte corporálibus desidériis non exurúntur. Plus ergo pénitens múlier pascébat intus : quam phariséus Dóminum pascébat foris. Quia ab estu carnálium quasi hínnulus Redémptor noster ad illíus mentem fúgerat : quam post viciórum ignem [88v.] peniténtis umbra temperábat. Tu autem.

AS:458; 1520-S:44r; 1531-S:88v.⁴⁰⁸

3. Resp. II.

6722.  E-lix * Ma- rí- a unx- it pe- des Je- su.

6722a. †Et extérsit ca-píl-lis su- is. ‡Et domus implé- ta
est ex odó- re unguén-ti. *XV. Mixto ro-re*
bálsa- mi frac-to fu- dit a-la-bás-tro quo un-guénto
pre- ci- ó-so pe-des unxit Dó-mi-ni. †Et extérsit.



Sancte Marie Magdalene.

V. Gló- ri- a Pa- tri et Fí-li- o : et Spi-ri- tu- i
Sancto. †Et domus.

¶ *In ij. nocturno.*

AS:459; 1520-S:44v; 1531-S:88v.⁴⁰⁹

4. Ant.

IV.i.



4957.

Ymon au-tem * infra se inquit : si es-set prophé-ta

sci- ret pro-féc-to que et qua-lis esset que té-ti-git e- um,
qui- a peccá-trix est. Ps. Eructávit. (xllij.) [206].

AS:459; 1520-S:44v; 1531-S:88v.⁴¹⁰

5. Ant.

V.ii.




2719.

T convérsus * Dómi-nus : postquam ve-ni in do-

mum tu- am non ces-sat cri-ne fu-so hec me- os oscu-lá-ri

Sancte Marie Magdalene.




pe-des. Ps. Deus noster refúgium. (xlv.) [207].

AS:459; 1520-S:44v; 1531-S:88v.⁴¹¹

6. Ant. VI.

4569. 

Uóni-am * mul-tum di-léx-e-ras dimíssa sci-to
[b]
ti-bi peccá-mi-na : et fi-de qua pol-les sacra in pa-ce
remítto. Ps. Fundaménta. (lxxxvj.) [270].



V. Spécie tua [et pulchritúdine].⁴¹² [567].

*Lectio iiii.*⁴¹³

PEnsémus quante pietatis fúerit,
peccatricem mulierem non so-
lum ad se admittere : sed ei étiam ad
tangéndum pedes preberé. Consi-
derémus étiam grátiam misericórdis
Dei : et damnémus multitúdinem
reáetus nostri. Ecce peccatóres videt et
sústinet, resisténtes tólerat : et tamen
per evangélium quotídie cleménter
vocat. Confessióнем nostram ex
puro corde desíderat : et cuncta que

delíquimus reláxat. Temperávit nobis
districtiónem legis : misericórdia
Redemptóris. In illa quippe scriptum
est, Si quis hoc vel illud fécerit :
morte moriátur. Si quis hec vel illa
fécerit : lapidibus obruátur. Appáruit
Cónditor noster in carne : confessióni
peccatórum non mortem sed vitam
promíttit. Mulierem sua vúlnera
confiténtem súscipit : et sanam
dimíttit. Tu.

Sancte Marie Magdalene.

AS:459; 1520-S:44v; 1531-S:88v.⁴¹⁴

4. Resp.

I.



E-á-ta es * Ma-rí- a que pi- á-rum undis

sar0608.

la-chrymá- rum tersís- ti tu- ó-rum má-cu-las crí-

mi- num. †Assí-du-e te ex-o-rá- re depós- ci-mus

sar0608a.

pro nos- tris ex- céssi- bus. // Summis ce-ló-rum

cí-vi-bus glome-rá- ta jamque e-térna immorta-li-tá-

te indú- ta. †Assí-du-e.

Lectio quinta.

Infléxit Dóminus ad miseri-
códiam duríciā legis : quia
quos juste illa damnat, ipse
misericórditer líberat. Hinc ipse per
Prophétam dicit, Nolo mortem
peccatóris : sed ut magis⁴¹⁵

convertátur et vivat. Hinc íterum sub
Judée spécie unicuíque peccatríci
âme dícitur, Si derelíquerit vir
uxórem suam, et illa recédens dúixerit
virum álderum : nunquid revertétur ad
eam ultra ?⁴¹⁶ Nunquid non pollúta

et contamináta erit múlier illa ? Tu autem fornicáta es cum amatóribus multis : tamen revertere ad me dicit Dóminus. Ecce paradíigma turpis muliéris dedit : osténdit quod post turpitúdinem rícipi non possit. Sed hoc ipsum paradíigma quod protulit per misericórdiam vicit, cum dicit fornicántem muliérem rícipi non

posse : et tamen ipso fornicántem ániam ut recípiat expéctat. Pensáte fratres pondus tante pietatis. Dicit Dóminus quod fieri non potest : et demónstrat quia hoc ipse fáceré étiam contra morem potest. Ecce vocat, et quos inquinátos denunciávit⁴¹⁷ : hos étiam amplécti querit a quibus desértum esse se quéritur.

AS:460; 1520-S:45r; 1531-S:88v.⁴¹⁸


5. Resp. I.


6058. 

- té- nis * accu- mu-lá- ta mu-né- ri-
 bus Ma-rí- a Mag- da- lé- ne posce ut in his nos-tris
 so- lénni- is. †Di-ví-na perpé- tu- e pa- cis
 gáudi- a pro mé-ri- tis Chris- tus con- cé- dat.

6058a. 

¶ Súbdi-te ti-bi ple-bis fle-tus solve be-níg-nis pre-





sénti- bus quan-dóque te- cum. †Di-ví-na.

Lectio sexta.


Pemo ergo tante misericordie tempus perdat, nemo oblata remédia divíne pietatis abjiciat. Ecce supérna benígnitas avéros nos révocat : et nobis reverténtibus sue cleméncie sinum parat. Unusquísque ígitur penset quo débito constríngitur : quando Deus illum expéctat, nec contémptus exasperátur. Qui ergo permanére nóluit, rédeat : qui stare contémpsit, saltem post lapsum surgat. Quanto nos amóre Cónditor noster expéctet, insínuat : cum per Prophétam dicit, Atténdi et auscultávi, nemo quod bonum est lóquitur, non est qui cógitet in corde suo, et dicat, Quid feci ? Certe cogitare nunquam mala debúimus, sed quia cogitare recta nolúimus : ecce adhuc sústinet Dóminus ut recognómus. Vidéte tante pietatis sinum : considérate apértum nobis misericordie grémium. Quos male cogitantes pérdidit : bene cogitantes

querit. Ad vos ígitur fratres charísimi, ad vos óculos mentis redúcite : et peniténtem peccatricem muliérem in exémplum imitatiónis vobis anteférte. Queque vos in adolescéntia, queque in juventúte deliquisse meminístis defléte : morum operúmque máculas láchrymis térgite. Amémus jam Redemptoris nostri vestígia : que peccándo contémpsimus. Ecce ut díximus ad recipiéndos nos supérne pietatis sinus apéritur : nec maculosa in nobis vita contémnitur. Per hoc quod inquinaçãoem nostram perhorréscimus : [89r.] intérne jam mundicie concordámus. Reverténtes nos Dóminis cleménter ampléctitur : quia peccatórum vita ei esse indígna jam non potest, que fléribus lavátur, in Christo Jesu Dómino nostro, qui cum eo vivit et regnat per ómnia sécula seculórum amen. Tu.

Sancte Marie Magdalene.

AS:460; 1520-S:45r; 1531-S:89r.⁴¹⁹

6. Resp. sar0651. IV.



P-timam partem * a-dépta a Dó-mi-no
 quam e- le-gís- ti be- a-ti-tú-di- nis e- té- r- ne.
 †Sancta Ma- rí- a intercé-de pro no-bis ex-í-
 gu- is tu- am so-lenni- tá- tem ce- le- brán-
 ti- bus. ¶ Ut me-re- ámur assí-du- e compunc-
 ti- ó-nis ym-bre nostró-rum sordes de-lictó-rum
 ablú- e- re. †Sancta.
 [¶] Glória. 94*. †Sancta.

Sancte Marie Magdalene.

C In iij. nocturno.

AS:460; 1520-S:45v; 1531-S:89r.⁴²⁰

7. Ant.

VIII.i.



cer-te * pre-cí-pu- us Ma-rí- e amor que a

monuménto Domí-ni-co discí-pu-lis re-ci-dénti-bus sublá-
tum cre-dens non re-ce-dé-bat. Ps. Cantáte Dómino. j. (xcv.)

[278].

AS:461; 1520-S:45v; 1531-S:89r.⁴²¹

8. Ant.

III.i.



U-lé-runt * Dómi- num, u-bi po-su- é-runt e-um

dí- ci-to mi-chi ? cu- i respón- dens Je-sus dix-it il-li :
Ma- rí- a, convér-sa il-la : no-li me tánge- re, nondum e-

nim ascén-di ad Patrem me- um. Ps. Dóminus regnávit
exúltet. (xcvj.) [278].

AS:461; 1520-S:46r; 1531-S:89r.⁴²²

9. Ant. sar0020. IV.i.



Elsi * mé-ri-ti Ma- ri- a que so-lem ve-rum re-
 sur-gén-tem vi-dé-re me-ru- ís-ti mortá-li- um prima :
 ób-ti- ne ut nos vi-su gló-ri- e su- e le- tí-fi-cet
 in ce-lis. Ps. Cantáte. ij. (xcvij.) [289].

V. Adjuvábit [eam Deus].⁴²³ [574].



Secundum Lucam, vij. [36-50]. [Lectio vij.]
LIN illo témpore,
 Rogábat Jesum
 quidam Phariséus
 ut manducáret
 cum illo. Et
 ingréssus domum
 Phariséi discúbuit.
 Et ecce múlier que erat in civitáte
 peccátrix ut cognóvit quod accubu-
 ísset in domo Phariséi : áttulit
 alabástrum unguénti, et stans retro
 secus pedes ejus, láchrymis cepit
 rigáre pedes ejus, et capíllis cápití sui

tergébat et osculabátur pedes ejus, et
 unguénto ungébat. Et réliqua.

*Omelia beati Gregorii pape. 35.*⁴²⁴

Arié peccatrícis láchryme :
 cuius vel sáxeum pectus ad
 exémplum peniténdi non emólliant ?
 Considerávit namque quid fáceret : et
 nóluit moderári quid fáceret. Super
 convivántes ingréssa est, non jussa
 venit : inter épulas láchrymas óbtulit.
 Hanc esse illam Maríam crédimus : de
 qua Marcus septem demónia ejécta
 fuísse testáatur. Per septem autem

Sancte Marie Magdalene.

demónia : univérsa vícia designántur.
Septenário enim número : univérsitas
figurátur. Septem ergo demónia
María hábuit : que univérsis vícis

plena fuit. Sed ecce quia turpitúdinis
sue máculas aspéxit : lavánda ad
fontem misericórdie cucúrrit. Tu
autem Dómine.

AS:461; 1520-S:46r; 1531-S:89r.⁴²⁵

7. Resp.

VIII.

 Ragrans Je-sus * mu-né- ri-bus ín-timis
Ma-rí- e que pre-cór-di- is affá- tim per-únxit
sacrá- ta unguénto vestí- gi- a. †Un-de per-féctam
mé-ru- it su-ó-rum de-líc- tó-rum
vé- ni- am. *V.* Peccámi-num nostró-rum sordes pi-
íssimis dí-lu- at interventí- bus di- ví-no fon- te.
†Un-de.

sar0629.
sar0629a.

Lectio viij.

Quid igitur mirémur, fratres ? Maríam veniéntem, an Dóminum suscipiéntem ? Suscipiéntem dicam aut trahéntem ? Mélius et trahéntem et suscipiéntem : quia nimírum ipse eam per misericórdiam traxit intus, qui per mansuetúdinem suscépit foris. Hec ergo mulier, quia prius illícitis áctibus inténta, unguéntum sibi pro odore sue carnis túrpiter exhibúerat : hoc jam Deo laudabíliter offerébat. Oculis terréna concupíerat : sed hos jam per penítentiam cónterens flebat. Capíllos ad compositionem vultus exhibúerat : sed ipsis jam láchrymas tergébat. Ore supérba díixerat : sed

pedes Dómini ósculans, hoc in Redemptoris sui vestígia figébat. Quot ergo in se hábuit oblectaménta : tot de se invénit olocáusta. Convértit igitur ad númerum virtútum númerum críminum, ut totum servíret Deo in penitentia : quicquid in se Deum contémpserat in culpa. Sed hoc phariséus íntuens déspicit : et non solum veniéntem peccatrícem mulíerem, sed étiam suscipiéntem Dóminum reprehéndit. Phariséus iste veráciter apud se supérbus et falláciter justus : egram reprehéndit de egritudine, médicum de subventione, quia ipse quoque de elatiónis vúlnere egrotábat, et ignorábat.

AS:461; 1520-S:46v; 1531-S:89r.⁴²⁶

8. Resp.

sar0611.



II.

Elsi mé-ri-ti * Ma- rí- a que So-lem ve-
 rum re-surgén-tem ab ífe- ris vi-dé-re me-
 ru- ís- ti pri-ma mortá-li- um in ter- ris. †Ob-ti-ne

Sancte Marie Magdalene.



sar0611a.

[89v.] **C**Numerántur ei ítaque bona peccatricis, enumerántur mala falsi justi : et post enumeratióne subinfértur senténtia. Propter quod dico tibi remittúntur ei peccáta multa : quóniam diléxit multum. Ac si dicerétur, Incéndit plene peccáti rubíginem : quia ardet válide per amóris ignem. Quid enim dilecti- ónem esse crédimus nisi ignem, et quid culpam nisi rubíginem ? Tanto ergo ámplius peccáti rúbigo consúmitur : quanto peccatóris cor magno charitatis igne cremátur.

Quem namque fratres charíssimi signat phariséus de falsa justicia presúmens, nisi Judáicum pópulum ? Quem peccátrix múlier ad vestígia Dómini véniens et plorans, nisi convérsam gentilitátem désignat ? Que cum alabástro venit, unguéntum fudit, retro secus pedes stetit, láchrymis pedes rigávit, capíllis tersit : eósque⁴²⁷ quos infundébat et tergébat pedes osculári non désiit. Nos ergo illa múlier expréssit : si toto corde ad Dóminum post peccáta redeámus, si ejus penitentie luctus imitémur.

Sancte Marie Magdalene.

Quid namque unguénto, nisi bonus
odor opiniónis exprímitur ? Unde et
Paulus ait, Christi bonus odor sumus
Deo in omni loco. Si ígitur recta

ópera ágimus, quibus opiniónis boni
odóris fragrántiam respergámus : quid
in Dómini córpore nisi unguéntum
fúndimus ? Tu.

AS:462; 1520-S:46v; 1531-S:89v.⁴²⁸

9. Resp. I.

7269. 

fe-líx * sacró- rum lá- chrymis

ri-gá-ti- o pe- dum per quam pro- mé- ru- it Ma-


rí- a di- ci et es- se e- jus di-léc-

ta. †Ex quo pascúntur in é- the-re sanc- ti.


7269a. 

¶ An- gé- li-co pol-let de-có-re hec et hi

per Chris- tum. †Ex quo. ¶ Gló- ri- a Pa-tri



Sancte Marie Magdalene.



et Fí- li- o : et Spi-rí-tu- i Sanc-to. †Ex quo.

V. Optimam partem elégit sibi María.

8163.

R. Que non auferétur ab ea.

¶ *In laudibus.*

AS:462; 1520-S:47r; 1531-S:89v.⁴²⁹

1. Ant.

III.i.




Audi-bus excél-sis * omnis mun-dus ex-ú- lat

sar0072.



in so-lenni-tá- te sancte Ma-rí- e Magda- lé-ne.



Ps. Dóminus regnávit. (*xcij.*) [45].

AS:463; 1520-S:47r; 1531-S:89v.⁴³⁰

2. Ant.

IV.ii.




Ecto- re * sin-cé-ro Dómi-num Ma- rí- a re-

sar0094.



cóndens unx-it purgántem se bap-tísmi gúr-gi-te sancto.

Sancte Marie Magdalene.



Ps. Jubiláte. (xcix.) [46].


AS:463; 1520-S:47r; 1531-S:89v.⁴³¹

3. Ant. VI.


sar0117.



Ustól- le * Ma- rí- a súppli- cum in éthe- re



vo- ta própri- as que me- ru- ís-ti fle- tu dí- lu- i nox-as.



Ps. Deus Deus meus. (lxij.) [47].


AS:463; 1520-S:47r; 1531-S:89v.⁴³²

4. Ant. VIII.i.


sar0105.



Uo te-cum * cap-tent e-térfi mú- ne-ra reg-



ni : pro fámu- lis Christum posce Ma- rí- a pi- um.



Ps. Benedícite. (Daniel iiij.) [48].

Sancte Marie Magdalene.

AS:463; 1520-S:47v; 1531-S:89v.

5. Ant.

IV.i.



N-tercé-de * súpli-cans as-sí-du- e pro no-
bis Je-sum Dómi-num Ma-rí- a Magda- lé-ne.

sar0065.

Ps. Laudáte. (cxlviij.) [49].

Capitulum. Muliérem fortem [quis invéniet].⁴³³ *ut supra [in primis vesperis].*⁴³⁴ {842}.

HS:165v; 1520-S:47v; 1531-S:89v.⁴³⁵

Hymn.

II.



Ma-rí- a no-li fle-re * jam non que-ras á-li- um :
Orto-lá-nus hic est ve- re ac co-lónus ménti- um :
Intra mentis ortum que-re mentis o-pe- rá-ri- um.

sar0826.

2. Unde planctus et laméntum quid mentem non é-ri-gis :


Sancte Marie Magdalene.




Quid re-vólvis monumén-tum te-cum est quem dí-li-gis :



Je-sum que-ris et invéntum ha-bes nec in-tél-li-gis.



3. Unde gemis unde plo-ras ve-rum ha-bes gáudi- um :




La-tet in te quod ignó- ras do-ló-ris so-lá-ti- um :



Intus ha-bes que-ris fo-ras lánguo-ris re-mé-di- um.




4. Jam non mi-ror si nescís-ti ma-gístrum dum sémi-nat :



Semen quod est verbum Chris- ti te ma-gis il-lúmi-nat :



Et Ra-bó-ni respondís-ti cum Ma-rí- am nómi-nat.



5. Pe-des Chris-ti quos la-vís-ti fonte lo-ta grá-ti- e :

Sancte Marie Magdalene.

Quem ab ipso re-ce-pís- ti funde ro-rem vé-ni- e :
 Re-surgéntis quem vi-dís- ti fac consór-tes gló-ri- e.
 6. Gló-ri- a et honor De-o cu-jus pre-fert grá-ti- a :
 Imi-tánti pha-ri-sé- o Ma-rí- e suspí-ri- a : Ce-nam
 vi-te qui dat re-o grá-ti- e post prándi- a. Amen.

V. Dimíssa sunt ei peccáata multa.

800106.

R. Quóniam diléxit multum.

AS:463; 1520-S:47v; 1531-S:89v.⁴³⁶

Ant. IV.i. 4049.

Qundi * lampas et marga-rí-ta pre-fúlgi-da,
 que re-surrecti- ó-nem Chris-ti nunci- ándo a- posto-

Sancte Marie Magdalene.

ló-rum a-póstolo-la fí-e-ri me-ru-ís-ti Ma-rí-a Magda-
lé-ne : semper pi-a ex-ó-ra-trix pro no-bis as-sis, ad
De-um qui te e-lé-git. Ps. Benedíctus. 59*.

Oratione. Largíre nobis. {850}.

Memoria de sancto Wandragesilo.

Ant. Euge serve. *in communi.* [830].

V. Justus germinábit. [723].

Oratio. Deus cujus grátia. *[ut supra].*⁴³⁷ {846}.

¶ *Ad j.*

Ant. Láudibus [excélsis].⁴³⁸ *ut supra j. de laudibus.* {867}.

Ps. Deus in nómine. (*lij.*) [95].

Ant. Te jure. [99].

Ps. Quicúnque. [100].

¶ *Ad iij.*

Ant. Péctore [sincéro].⁴³⁹ *ij. de laudibus.* {867}.

Ps. Legem pone. (*cxxvij. 33.*) [132].

Capitulum. Muliérem fortem. {842}.

Responsoria et versus de communi unius virginis [*ad omnes horas*]⁴⁴⁰ *dicuntur.* [912].

¶ *Ad vj.*

Ant. Sustolle. *iij. de laudibus.* {868}.

Ps. Defécit. (*cxvij. 81.*) [141].

Capitulum. (Proverb. ultimo. [xxxj. 17.])

Accinxit fortitudine lumbos suos,
et roborávit bráchium suum :
gustávit et vidit quóniam bona est | negociátio ejus, non extingúetur in
nocte lucérna ejus.

¶ *Ad ix.*

Ant. Intercéde. *v. de laudibus.* {869}.

Ps. Mirábilia testimónia. (*cxvij. 129.*) [150].

Capitulum. (Proverb. ultimo. [xxxj. 30.])⁴⁴¹

Mulier timens Deum ipsa lau- | mánuum suárum, et laudent eam in
dábitur, date ei de fructu | portis ópera ejus.

¶ *Ad secundas vesperas.*

Ant. Láudibus [excélsis].⁴⁴² *j. de laudibus.* {867}.

Psalmi feriales.

Capitulum. Muliérem fortem. {842}.

Hymnus. O María noli flere. {868}.

X. Dimíssa sunt ei peccáta multa. {871}.


AS:464; 1520-S:48r; 1531-S:89v.⁴⁴³

Ant. I.v.

Ncli-ta sancte * Ma- rí- e Magda-lé-ne so-lén-

ni- a Suscí-pi- at a-lácri- ter pi- a ma-ter ecclé-si- a,

sar0062.



Sancte Marie Magdalene.

Musical notation for the Ave prayer. It consists of two staves of square neumes on four-line red staves. The first staff contains the text "Ave sancta Deo digna, ave dulcis et benigna". The second staff begins with "[90r.] Obti-ne no-bis gáudi-a que pôssi-des cum gló- ri-a." There is a repeat sign at the end of the second staff.

Ps. Magnificat. 53.*

Oratio. Largíre. [ut supra].⁴⁴⁴ {846}.

¶ *Memoria de sancto Apollinare martyre.*

Ant. Hic est vere martyr. in communi. [687].

XV. Glória et honóre coronásti. [687].

Oratio.

A Otívos nos Dómine beáti Apollináris mártiris tui natális semper excípiat⁴⁴⁵ : qui et jocundi- | tátēm nobis sue glorificatiónis infúndat, et tibi nos reddat accéptos. Per Dóminum nostrum.

¶ *Sancti Appollinaris⁴⁴⁶ martyris.*

(xxij. Julii.)

Tres lectiones fiant cum oratione ut supra. {874}.

Lectio j.

AÉatus Appolináris⁴⁴⁷ ab An-
thiòchia Petrum apóstolum
secútus, et Rome ab eódem
épiscopus ordinátus : Ravénnam
diréctus est. Ubi verbum Dómini
prédicans, tentus est a pagánis : et
diutíssime fústibus cresus, ac nudis
péribus super prunas impósitus, et

inde ab urbe expúlsus. Sed non longe
a muro habébant Christiáni tugúrium
ubi missas faciébat : in mari vero
baptizábat. Ibíque timéntes Deum :
de facultáribus suis ministrábant ei.
Tu [autem Dómine miseré
nostrí].⁴⁴⁸

Lectio ij.

Post multos vero annos étiam ad
Emíliam perréxit, prédicans
verbum Dómini : et fáciens multas
virtútes in nómine Dómini Jesu
Christi. Itaque post tértium annum :
Ravénnam regréssus est. Deínde post
áliquot dies súbito seditióne orta in
civitáte, irruéntibus pagánis ligátus ad
forum dúcitur : ibíque vulnerátur.
Exínde pontífices capitólii egérunt :

ut ad templum Apollínis⁴⁴⁹ ducerétur.
Quo cum pervenísset data oratióne :
simuláchrum solútum, et templum
destrúctum est. Igitur jussu impera-
tóris sanctum Appolinárem sibi pre-
sentári jubet. Quem audítum trádidit
in custódia cuídam centurióni :
occúlte Christiáno. Qui média nocte
laxávit eum ut fúgeret.

Lectio iij.

Cunque fuísset a pagánis agnítum
fugíssse Appolinárem,⁴⁵⁰ sequén-
tes eum non longe a porta appre-
hendérunt, et támidu cesus est :
quoúsque estimarétur mórtuus.
Exínde colléctus est a discípulis : et
perdúctus est in vicum, qui Leprósi

nominátur. Et septem dies supervíxit :
ádmونens ecclésiam ne a fide Christi
discéderet. Sicque martyr gloriosís-
simus Appolináris in laude Christi
defúnctus : sepúltus est foris murum
in archa sáxea sub terra. Rexit
ecclésiam annis vigintiōcto : mense

Sancti Appollinaris martyris.

uno, diébus quátuor. Passus est | Cesáre, et Demósthene patrício,
últimum martýrium sub Vespasiáno | décimo kaléndas Augústi.

Et cetera de communi unius martyris et pontificis. [729].

¶ Sancte Christine virginis [et martyris].⁴⁵¹

(xxiv. Julii.)

Oratio.

Indulgéntiam nobis Dómine beáta Christína virgo et martyr implóret : que tibi grata semper

éxitit, et mérito castitatis, et tue professióne virtutis. Per Dóminum.

Ad matutinas tres lectiones fiant cum nocturno propter vigiliam, et [cetera]⁴⁵² omnia fiunt de virgine usque ad missam que erit de vigilia.

Lectio j.⁴⁵³

CRISTINA Rat tempóribus Dyocleiáni imperatóris quedam de Tyro sacra et nobilíssima virgo, annórum círciter duódecim nómine Christína : sápiens valde et Deum timens.⁴⁵⁴ Hec hábuit patrem Urbánum nómine qui erat génere magnus, dignitáte magíster mítitum : sed persecútor Christianórum et crudélis. Mater vero ejus erat de génere imperatórum : et ipsa pagána. Pater vero ejus fecit turrim excélsam, in qua constítuit filiam suam cum puéllis duódecim, qui⁴⁵⁵ étiam fecit deos áureos quos adoráret, ut pénitus in pùblicum non egrederétur : ne ejus pulchritúdo a pópolis viderétur. Que tollens thymíama, quod offeréndum ydólis accépit, et repónens in fenéstra non offerébat ydólis per dies septem. Quibus peráctis : puélle dixérunt ei, Dómina nostra, quid est quod colis

Deum quem non nówimus ? Intérea ingréssus Urbánus dixit ei, Fília mea quare non accédis ad deos secúndum consuetúdinem tuam ? Christína respóndit, Quare michi persuádes, ut deos adórem, qui neque vident, neque áudiunt, neque intélligunt ? Hec áudiens pater ejus, perturbátus est : et accúrrens osculátus est eam. Christína exclamávit, Noli coinqui-náre os meum. Póstea cum oráisset sancta Christína : venit ángelus de celo, et stetit ante fáciem ejus, et dixit, Christína virgo viríliter age, in conspéctu enim trium júdicum audíri habes. Et assúmens eam : orávit [90v.] super caput ejus : signavítque eam in Christo. Et convérsa Christína invénit panem cándidum sicut lac : et dulcem super mel et favum. Tollénsque glorificávit Deum dicens, Grárias ago tibi Dómine qui michi

panem dedísti. Duódecim enim dies sunt : ex quo panem comédi. Tu

autem Dómine [miserére nostri].⁴⁵⁶

Lectio ij.

Sero autem facto : tulit deos patris sui, et expósuit eos per tértiam scalam, et projécit in vicum, statímq[ue] solvens fásciam suam ligávit ad fenéstram, et descéndens in vicum, congregátis paupéribus donávit frusta déorum patris sui. Et revértens íterum ascéndit in fenéstram suam per fásciam suam. Mane autem facto pater ingrédens, non invénit deos suos. Convocánsque puéllas dixit, Ubi sunt dii nostri ? Que dixerunt, Fília tua fregit eos. Hec áudiens ille : dedit álapan in fáciem sancte Christína, puéllas vero jussit decollári. Cui Christína dixit, Sine causa intérfici áimas innocéntes. Tunc pater precépit eam virgis cedi, et colláre férreum impóni collo ejus, et cáthenas in máníbus et pédibus ejus : et duci et reclúdi in cárcerem. Mater cum audísset de filia : ábiit in cárcerem plorans et dicens, Fília mea miserére matri tue. Christína dixit, Quid me dicis filiam tuam ? Nescis quia nomen hábeo Dómini Jesu Christi ? Ipse michi pater et mater est. Tunc mater tristis ábiit : et rétulit patri ejus que audíerat. Qui jussit eam in equúleo suspéndi : et

látera ejus úngulis radi. Que cum raderétur, auferébat carnes de córpore suo : et projiciébat in fáciem patris dicens, Coméde virtútem córporis tui. Indignátus pater, jussit addúci rotam férream et ignem válidum suppóni : et eam óleo perfundi precépit. Et cum orásset sancta Christína : súbito exilívit ignis et combússit ydólis serviéntes hómines plusquam mille quingéntos. Tunc pater jussit eam in cárcerem recipi. Ibique apparuérunt ei ángeli feréntes ei prándium et curántes vúlnera ejus. Per noctem autem jussit Urbánus lápidem ligári ad collum ejus : et mitti in profúndum maris. Que cum projecta esset : statim chorus angelórum suscépit eam et deambulábat cum ángelis super aquas. Et ecce vidit glóriam Dei veniéntem : et corónam superpóni cápti suo, et índui se stolam purpúream. Et véniens Salvátor : dixit ad eam, Christína confortáre. Ego enim sum Salvátor tuus quem tota mente díligis. Et illa baptizáta est in mari. Exiens autem de mari : ingrésa est domum patris sui. Mane autem facto : Urbánus invénit filiam suam orántem, et

pertérritus comminabátur servis suis, jussítque eam in cárcerem reclúdi usque ad álium diem, cúpiens eam gládio perímere. Christína vero orábat dicens, Dómine Jesu Christe :

redde Urbáno secúndum ea que gessit in me. Ipsa autem nocte Urbánus cum magnis cruciátibus emísit spíritum. Tu autem Dómine.

Lectio iij.

Tempore autem aliquánto transácto : véniens in civitátem álius judex nómine Zion, addúctam eam ante se, jussit virgis cedi. Deínde jussit sartáginem super ignem impóni : et mitti in eam picem et résinam et óleum. Et státuit quátuor mílites cum virgis férreis qui eam in sartágine pósitam regirárent. Christína vero accúrrens ad sartáginem ascéndit : requiéscens super eam, tanquam super rorem. Tunc Zion jussit caput ejus radi, et prunas ardéntes superpóni : et precépit ut omnes fémine vidérent confusiónem córporis puélle. Et cum vidíssent : clamavérunt ad júdicem dicéntes, Injústum júdicem agis. Tunc judex dixit ei, Christína, eámus in templum : et adóra magnum deum Apóllinem. Ingréssa illa cum oráset : cadens ydólum comminútum est in púlverem, et credidérunt ea die ánime círciter tria mília. Pertérritus vere judex : cécidit et expirávit. Post cujus mortem venit in Tyrum álius judex nómine Juliánus : et jussit eam de cárcere edúci. Que cum sacrificáre

nollet : jussit camínum accéndi : et eam immítti. Illa signum crucis in fronte configens : ingréssa est camínum una cum ángelis, laudans et gloríficants Deum. Cui Juliánus dixit, Quid est Christína quod preválent mágice artes tue ut te non léderet ignis ? Illa respóndit, Ego in Dómino [91r.] sperábo : non timébo quid fáciat michi homo. Irátus Juliánus jussit serpentáriis ut áfferrent áspides duas cornútas et serpéntes duos : quos jussit impóni super sanctam puéllam. Et accurréntes compléxi sunt pedes ejus : et linguis suis extergébant sudórem labóris ejus. Et convérsi ad serpentários : occidérunt eos. Tunc sancta Christína repúlsis serpéntibus : orávit dicens, Deus qui Lázarum resuscitásti a mórtuis : resúscita hos hómines,⁴⁵⁷ ut omnes vidéntes gloríficent nomen tuum. Et venit vox de celo dicens, Christína confide : quodcúmque postuláveris a me, dábitur tibi. Et ábiens virgo juxta mórtuos : signávit eos dicens, In nómine Jesu Christi súrgite. Et statim surgéntes :

procidérunt ad pedes ejus grátias agéntes Deo. Juliánus dixit ad beátam vírginem, Ostendísti jam omnes mágicas artes tuas : veni, et converte te⁴⁵⁸ ad deos. Illa vero dixit, Insen-sáte, non respexérunt óculi tui virtútes quas fecit Deus. Juliánus ira commótus : jussit mamíllas ejus abscídi. Cui illa dixit, Juliáne jussísti mamíllas meas abscídi, sed respice, quia pro ságuine lac egréditur. Tunc jussit judex linguam ejus abscídi. Sancta Christína orávit dicens, Dómine Jesu Christe : jube me cursum meum consummáre. Et vox de celo facta est dicens, Et laborásti et sustinuísti multa propter me, veni jam quia apérte sunt tibi portas celi. Post hanc vocem cum lingua ejus abscinderétur : tulit partem lingue sue et prójectit in

